

40 Theo.

2549

14

Anton E. Kippenberg

Rede Barn

Theodosius

Thrust 2594.4



Theol.

2549

S. 15. 487. 114

HESSES THEOLOGICÆ,
EX PRIMA PARTE
DE DEO UNO ET TRINO
QUAS
DOCTORI ANGELICO
SUPREMO THEOLOGORUM PRINCIPI,
IN SCIENTIARUM DIVINARUM PELAGO
DUCITUTISSIMO
SAPIENTIAE COELESTIS
MAGISTRO EXCELLENTISSIMO,
Æterni Dei Verbi, Verborumque absconditorum
THESAURARIO COPIOSISSIMO

Ex quo qui haurit, nunquam exhaerit,
Ex quo qui discit, optimè proficit.

Quem qui sequitur, tutè insequitur.

SCIENTIARUM THEOLOGICARUM
FONTI UBERRIMO

Appendunt, dicant, consecrant, & publicæ disputationi exponunt.

P R A E S I D E ,

R. P. PLACIDO ERCKENS SS. Theologæ

Professore Ordinario ad S. Matthiam Apost. Professo.

RR. PP. P. LAURENTIUS SCHUE,

P. HENRICUS BIELEN,

P. GUILIELMUS KNAUS, ejusdem Monasterii
Professi BENEDICTINI Treviris.

Mense Jul. die

Anni 1708.

Augusta Trevirorum Typis JACOBI REULANDT.




DIVE THOMA DOCTOR ANGELICE.

Angelicos & ingentes tomos, Thoma Angelice Doctissime conscripsisti : quos volvere mihi & revolvere volupte semper fuisse , sicut palam profiteri audeo ; ita exilem hanc Thesum tabellam ad eosdem appendere non erubesco. Sapientum phœnix D: Augustinus memorat de S: Joanne Aquilino scriptore Evangelii : de Domini Divinitate quomodo nullus alius est locutus ; de D: Thoma bene asseritur ; de Domini divinitate & Trinitate , quomodo nullus alius scripsit & est elocutus ; & quomodo nullus alius ita , sicut Thomas scripsit ; ita nullus alius , quod bene scriptum est , evertere poterit ; unde Theologi Neapolitani hunc Sanctum Aquinatem Emblemate significaturi , Monocerotem pinxerunt , qui sequentibus plurimis animalibus fontem ingressus , Epigraphen tulit. HOC DUCE TUTI. Tutus & ego , & totus hunc ducem sequens , Duc me has Theses consecrare præsumpsi , alius nil spectans aut sperans , quād ut quo ille quandoque oraculo è crucifixi pendens imagine resonante afflatus est ; BENE SCRIPSTI DE ME THOMA ; hoc aliquando in cordis penetrati , susurrio aliquo experiri ; sed nec & aliam , quam ipsius Duciis mei mercedem , una cum discipulis dilectissimis accipere quandoque merear .

Univ.-Bibl.
München

AD
BIBL. UNIV.
MONAC.

Ita animitus precantur & optant infimi
Clientes tuiss. Theol. Professor & Candidati.



THESES THEOLOGICÆ. DE DEO UNO, ET TRINO,

- I. **H**eologia verè substantialiter est scientia, cuius objectum formale quod, est DEUS sub ratione deitatis.
- II. Objectum quo est revelatio virtualis; est habitus entitativè naturalis, omni habitu naturali certior.
- III. DEI unius existentia lumine naturali cognoscitur, ignorantia ejusdem invincibilis non datur.
- IV. Constitutivum seu naturæ, seu essentiæ divinæ metaphysicum, est purissima actualissima intelligentia in actu secundo.
- V. Ab hac intelligentia, formaliter sibi attributa omnia, omnesque relationes identificante, distinctio Scotica procul ablegatur.
- VI. Supernaturaliter duntaxat intuitivè videri potest DEUS; omnis creata species ad hanc visionem implicat.
- VII. Nec minus implicat visio hæc sine lumine gloriae; penes quod unicè mensuratur visionis inæqualitas.
- VIII. Beati non tantum actu vident totam divinam essentiam, attributa, relationes: sed implicat horum unum sine alio videri.
- IX. Divini intellectus objectum formale est sola essentia; cognoscit creature possibiles in sola eadem.
- X. Scientia divina adæquatè duplex est; quarum una simplex intelligentia, altera approbationis seu libera dicitur.
- XI. Medium hoc usque, ubi, ubi, latitatem, oberrantem, aut vagantem reperire non licuit; prima in actu primo, secunda in actu secundo est causativa.
- XII. Futura contingentia cognoscit infallibiliter DEUS, utpote physice realiter in æternitate ipsi præsentia.

- XIII. Cognoscit & in causis secundis physicè prædeterminatis ; uti & in decretis suis intrinsecè efficacibus ; alios cognoscendi modos negamus.
- XIV. Formale Objectum voluntatis divinæ est sola essentia bonitas : voluntas hæc simpliciter absolutè necessaria ; redditur libera per terminationem ad creaturas sub conceptu puræ terminationis defectibilem.
- XV. DEUS vult omnes homines voluntate antecedente salvari ; antecedens autem dicitur ; quia tendit in bonum salutis omnium secundum se.
- XVI. Providentiam divinam universalem nemo nisi insipiens in corde suo negat ; est formaliter actus intellectus practici.
- XVII. Specialem providentiam docet insuper fides, una prædestinatio, reprobatio altera inscriptura S. nominatur
- XVIII. Prædestination in ordine intentionis merè est gratuita, nullam omnino præsupponens meritorum prævisionem seu causam motivam. Misericordia cui dignum est potest intelligi, ut quis dicatur dignus misericordiæ, non ob merita gratiam antecedentia ; sed ob merita subsequentia ; puta ut dicamus, quod Deus det alicui gratiam, & proposuit ab aeterno illi se daturum, quem prescivit eâ bene fore usum sed videtur quod incongrue hoc dicatur ; patet enim, quod nihil potest ponit ratio prædestinationis, quod est prædestinationis effectus ; licet accipiatur prout est in Dei præscientia ; quia ratio prædestinationis præintelligitur prædestinationi, effectus autem in ea includitur. D. Ang. lect. 3. in c. 9. Epist. ad Rom. omne beneficium quod Deus homini confert ad salutem est prædestinationis effectus ; Divinum autem beneficium non solum extendit se ad infusionem gratia, sed etiam ad gratia usum l. c. non potest esse quod merita consequentia gratiam sint ratio prædestinationis, sed sola voluntas Dei secundum quam misericorditer aliquos liberat. l. c.
- XIX. De reprobatione oppositum dicimus, prout includit pœnam ; secus prout dicit indebiti negationem.
- XX. Effectus prædestinationis sunt vocatio efficax, justificatio, glorificatio, peccatorum divina in electis suis permisso.
- XXI. Quin & gratiam peccato interruptam, ipsamque prædestinati substantiam sub hæc serie effectuum collocamus.

XXII. Ad

- XXII.** Ad reprobationis effectus pertinet materiale peccati personalis, permisso peccati originalis, non quidem ut infectio est totius naturæ (sic enim est reprobationis causa) sed persona.
- XXIII.** His annumeramus permissionem peccati actualis non deleti, indurationem & execrationem, præcipue tamen ignis æternum devorantis incolatum.
- XXIV.** Sanctissimæ Trinitatis Mysterium sola docet fides, complectitur reales processiones tantum binas ad intra.
- XXV.** Harum primæ principium proximum est intellectus, connotans relationem paternitatis; secundæ est voluntas connotans relationem spiratoris; radicale est natura, proportionaliter modificata; sola prima propriæ est generatio.
- XXVI.** Relationes reales in divinis excludunt distinctionem formalem ex natura rei; suntque de conceptu formalis divinæ essentia & è converso.
- XXVII.** Nihil perfectionis relativæ superaddunt essentia; carent existentiis sibi propriis; gaudent absolutâ.
- XXVIII.** Personæ divinæ formaliter relationibus (consequenter positivo aliquo) constituuntur, prout formæ sunt hypostaticè subsistentes.
- XXIX.** D E U S ut præintellectus dictis personis divinis absolute subsistit; absolute hæc & communis subsistentia compatitur secum tres subsistentias singulis personis proprias.
- XXX.** Nomen ingenitus, utpote notio Patris, pro formalis dicit negationem omnis processionis; pro materiali subsistentiam illam, quæ primo naturam divinam terminat.
- XXXI.** Verbum divinum per se procedit ex cognitione omnium D E O formaliter inexistentium; uti & creaturarum pure dundaxat possibilium.
- XXXII.** Spiritus Sanctus non distingueretur realiter à Filio, seclusa ab hoc reali immediata processione; qui unà cum Patre eundem Spiritum omnis veritatis Doctorem nobis misericorditer mittere dignetur; ut perpetuam apud nos faciat mansionem.

A M E N.

A M E N.

A M E N.

FUNICULUS TRIPLEX

Difficile rumpitur. Eccle. 4.

FUNICULUS I.

Deus cognoscit creaturas mediatae tantum.

Dicitur omnia cognoscibilia, maxime est cognoscibilis sua essentia, per quam quidem omnia cognoscit; non aliquo discursu, cum simul videndo & intelligendo essentiam suam omnia videat: unde & in quantum ad ipsum ordinem, qui potest attendi in divina cognitione ex parte cognitorum (scil. essentia divina & creaturarum) etiam salvatur in Deo ratio scientia precipue, ipse enim praeceps omnia per causam cognoscit. S. D. de verit. q. 2. a. 1. ad 5. ergo etiam Angelos &c. praeceps per causam cognoscit; ergo praeceps per seipsum. Verbum Aug. dicentis: quod Deus nihil extra se intuetur, non sic debet intelligi, quasi nil, quod sit extra se intuetur, sed quia id, quod est extra seipsum non intuetur, nisi in seipso. 1. p. q. 14. a 5. ad. 1. ergo tantum in seipso. Confirm. l. c. in O. ubi: alia a se videt non in ipsis, sed in seipso; ergo mediatae tantum cognoscit creaturam; medium enim sub quo non tollit immediatam visionem l. c. q. 12. a. 5. ad. 2. & in supp. q. 92. vel 94. a. 1. ad 15. rationem addit S. D. quia non cadit inter cognoscendum & rem cognitam . . . nec medium quo videtur, & haec est forma visibilis l. c. medium autem in quo videtur, cadit inter cognoscendum & rem cognitam (consequenter tollit immediatam teste S. D. visionem) qualiter intellectus per cognitionem effectus ducitur in causam; & e converso; & visus videndo imaginem ducitur in imaginatum l. c. necesse est (1. p. q. 15. a. 1.) ponere in mente divina ideas; idea enim gracie, latine forma dicitur . . . vel ut si exemplar eius cuius dicitur forma; vel ut principium si cognitionis ipsius; idea autem operari (l. c. a 2. in O.) est in mente operantis, ut quod intelligitur; noui autem utri species, quae intelligitur . . . forma enim dominus in mente edificatoris est aliquid ab eo intellectum, ad cuius similitudinem dominum in materia format; ergo inter Deum cognoscendum, & creaturas cognitas cadit essentia divina uti quod intelligitur, & utires intellecta:

alia

alia à se videt non in ipsis sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso l. c. q. 14 a. 5. in O. ergo est cognitio mediata tantum.

Nec quidquam juvat exi. P. Martinez pag. mihi 228. (in quo maximè confidit) omnesque Adversarios; quod habet S. D. I. c. a. 10. ad 4. ubi: cognoscere aliquid per aliud tantum, est imperfecta cognitionis, si id sit cognoscibile per se: hoc enim verum est, si id, quod in alio cognoscitur, in eo minus perfectè continetur & repræsentatur. I. ad Hann. dist. 36. ad tò. deinde queritur a. 1. ad 2. ubi: non cognoscit (divinus intellectus) res alias per earum essentias, sed per suam, per quam perfectius repræsentantur consequenter perfectius cognoscuntur. Patet de verit. q. 3. a. 1. ad 2. ubi sic ad 2. arguit: Scientia est assimilatio scientis ad scitum, ergo quanto medium cognoscendi est similius rei cognitae, & magis unitum; tanto perfectius res per id cognoscitur; sed essentia rerum creatarum magis est unita ejus, quam essentia divina, ergo perfectius cognosceret res, si sciret res per essentias earum, quam ex hoc, quod scire res per essentiam suam. Et Respondet melius cognoscitur aliquid per speciem rei, qua est in mente divina, quam per ipsam eius essentiam cognosci possit; (ratio S. D. est quia est immaterialior) etiam dato quod essentia rei posset esse medium cognoscendi, non obstante materialitate ipsius. NB. etiam dato.

FUNICULUS II.

Non datur futurum formale, nec scientia media.

Contingens ut futurum est, per nullam cognitionem cognosci potest, cui falsitas sibesse non possit ... contingens enim impediri potest antequam sit in esse productum ergo etiam futurum contingens formale impediri potest, ne existat, clivis sit contingens, nec in esse productum) unde cum scientia divine falsitas subesse non possit, impossibile esset quod Deus de futuris contingentibus scientiam haberet, si ea cognosceret ut futura. de verit. q. 2. a. 12. in O. consonat. p. 1. q. 14. a. 13. prima propositio est S. D. Min. sic formo: sed cognitioni seu scientia divine falsitas subesse non potest. Min. est S. D. ergo Deus per nullam cognitionem seu scientiam cognoscit contingens ut futurum est. [redacted]
& consequens est S. D. ut scientia nostra non potest esse de futuris contingentibus; ita nec scientia Dei; & adhuc multò minus, si ea ut futura cognosceret; cognoscit autem ea ut presentia sibi; aliis autem ut futura. de verit. ad 6 ideo magis dicendum esset; si Deus scit aliquid, illud est quam erit; unde idem est iudicium de hac

hac propositione : Si Deus scit aliquid, illuderit; & de hac : si ego video sortens
 currere Sortes currit, quorum utrumque necessarium est, dum est. l. c. ad 7. Ecce
 presentiam physicam respectu visionis & scientia Dei. Dicitur enim scientia
 visionis in Deo, ad similitudinem visus corporalis, qui res extra se positas intueris
 unde secundum scientiam visionis Deus scire non dicitur; nisi que sunt extra ipsum.
 de verit. q. 2. a. 9 ad 2. licet contingens non sit determinatum, quamdiu futurum
 est, tamen ex quo productum est in rerum natura (NB. existentiam physicam)
 veritatem determinatam habet & hoc modo super illud fertur intuitus divina cogni-
 sionis l. c. ad 1. Contingens resertur ad divinam cognitionem secundum quod ponit
 tur esse in rerum natura, ex quo autem est (scil. in rerum natura) non potest tunc
 non esse; quando est l. c. ad 2. conformiter per omnia docet i. p. q. 14. a. 13. ad
 Hann. l. dist. 38. q. 2. a. 1. sic autem i. sent. dist. 38 q. 5. ad 2. arguit. Scientia non
 est, nisi verorum; sed in futuris contingentibus non est alterum determinare verum
 ut philos. probat (NB ut philos. probat) ergo videtur quod non possit esse eorum
 scientia divina. Et Respondet S. D. ad secundum dicendum quod futurum con-
 tingens non est determinare verum antequam fiat (ergo nullâ cognitione sic est
 determinare cognoscibile) quia non habet causam determinatam sed dum
 est in actu (scil. productum in rerum natura & per consequens physicè existens;
 utait S. D. sup. cit.) determinare verum est, & ideo à cognitione, qua est præsens
 illi actu (scil. existentia physica ut patet ex S. D.) potest certitudinaliter cogno-
 sci, uti patet etiam de visu corporali; & quia cognitionis divina aeternitate mensura-
 tur, quae eadem manens, omni tempore præsens est, & ideo unumquodque con-
 tingentium videt pro ut est in suo actu. In forma sic ergo Respondet Conc. Maj. uti
 expresse docet l. c. in O. dist. Min. sed in futuris contingentibus non est alterum
 determinare verum, antequam fiat C. dum est in actu factum & in rerum natura
 productum N. similiter ad consequens. ergo videtur &c. antequam fiant C. dum
 facta sunt in actu N. futurum itaque formale, nullam Dei scientiam terminare
 potest; proin nec medium; cum contingens secundum S. D. jam cit. &
 mox citandum i. p. q. 14. a. 13. in O. referatur ad divinam cognitionem, secun-
 dum quod ponitur esse in rerum natura: ut futurum autem, per nullam cogni-
 tionem creatam, multò minus divinam cognosci potest, cui falsitas subesse non
 possit, teste S. D. jam cit. quod omni scientia divina & humanaque repugnat.
 Non tamen huic obstat quin certò Deus videat futura contingentia in decreto
 suo; Deus enim ab aeterno non tantum videt ordinem sui ad rem, ex cuius potest ate-
 res erat futura; sed ipsum esse rei intuebatur i. sent. dist. 38. q. 5. in O. simplex
 notitia dicitur ad excludendum admixtionem ejus quod est extra genus no-
 nio

titie sicut est ordo voluntatis ad res scitas producendas, quem addit scientia approbationis. de verit. q. 3. a. 3. ad 8. oportet voluntatem ejus (Dei) esse omnino immutabilem i. p. q. 19. a. 7. in O. licet Deum velle aliquid non sit necessarium absolute, tamen necessarium est ex suppositione propter immutabilitatem divina voluntatis l. c. ad 4. quia causa contingentium non habent ordinem immutabilem ad suum effectum; id est secundum hunc modum contingens futurum immutabiliter sciri non potest. i. ad Hann. l. c. ergo (argumento à contrario) secundum hunc modum; ordinem scil. voluntatis ad res scitas producendas immutabilem, futurum contingens immutabiliter sciri potest. Rem proin tene & vocem corrigere, quod dicis futurum formale, dico imposterum physicam futurorum contingentium præsentiam in æternitate; admitte insuper futurum causale & genuinam affecitus es mente in Doct. Ang. S. Thomæ i. p. q. 14. a. 13 in O. 2. 2. q. 171. a. 6. ad 2. i. sent l. c. ad Hann. l. c. de verit. q. 2. a 12. &c. Æternitas autem tota simul existens, ambit totum tempus; unde omnia que sunt in tempore sunt Deo ab æterno præsentia, non solum è ratione, quæ habet rationes rerum apud se præsentes (ecce præsentiam intentionalem & objectivam; nam omne cognitum in cognoscente est, rationes autem rerum, secundum quod sunt in Deo cognoscente, ideae vocantur i. p. q. 14. in Proœm. alio modo dicuntur res esse in Deo sicut in cognoscente, & sic sunt in Deo per proprias rationes, que non sunt aliud in Deo ab essentia divinal. c. q. 18. a. 4. ad 1.) ut QVIDA M dicunt; sed quia ejus intuitus fertur ab æterno super omnia prout sunt in sua præsentialitate. Ecce præsentiam physicam i. p. q. 14. a. 13. Contingens aliquod dupliciter considerari potest, uno modo in seipso, secundum quod jam in actu est, & sic non consideratur ut futurum, sed ut præsens, neque ad utrumlibet contingens; sed ut determinatum ad unum. & propter hoc sic infallibiliter subdi potest certa cognitioni, utpote sensui visus; sicut cum video sortem sedere: alio modo potest considerari contingens ut est in sua causa, & sic consideratur ut futurum. & ut contingens, nondum determinatum ad unum; quia causa contingens se habet ad opposita, & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni l. c. contingentia ad utrumlibet in causis suis nullo modo cognosci possunt; sed quando jam efficiuntur in rerum natura, tunc habent in se ipsis esse determinatum, & ideo quando sunt in actu, certitudinaliter cognoscuntur, ut patet in eo qui videt sortem currere, quia forem currere dum currit, necessarium est; & certam cognitionem habere potest i. sent l. c. res itaque prout sunt in esse suo determinato sunt res quando jam efficiuntur in rerum natura secundum S. D.

Addo certum esse ex D. Ang. quod futurum contingens dupliciter considerari possit, non tripliciter; hujus enim triplicis considerationis nec vesti-

gium extat in omnibus D. A. libris. patet clarè ex I. p. q. 14. cit. & 2. 2. l. c. 1. sent. l. c. 1. ad Hann. l. c. &c. sed duplex hæc consideratio futuri contingentis est futuri contingentis causalis, & futuri contingentis physicè realiter in æternitate præsentis, ergo non futuri formalis: ergo ex mente S. D. non datur, eique prorsus fuit in cognitum; prima pars patet ex LL. cc. nec negatur ab adversariis. Secunda pars jam evidenter est probata ex D. Ang. & sequenti discursu clarissimè evincetur. *Futurum contingens duplicitate potest considerari, uno modo secundum quod est futurum, & sic nil aliud est cognoscere futurum contingens quam cognoscere causas ejus secundum ordinem quem habent ad ipsum; & quia cause contingentium non habent ordinem immutabilem ad suum effectum* (scil. secundum se consideratae, & prout abstrahunt à divino decreto ut sup. probatum est ex S. D. 1. sent. l. c. de verit. q. 3. a. 3. ad 8. ideo secundum hunc modum contingens futurum immutabiliter sciri non potest: alio modo potest considerari contingens futurum ratione illius temporis in quo futurum esse predicitur (v. g. si quis dicat cras ab hora prima usque ad secundam sortes sedebit) in quo quidem tempore (cras scil. à prima usque ad secundam) futurum jam presentialiter est; & per consequens determinatum ad unum; & sic certitudinaliter contingens cognosci potest, utpote per seipsum jam visum; sicuti sensu percipiunt Sortem sedere; utroque autem modo Deus de futuris contingentibus scientiam habet l. ad Hann. l. c. in O. rationem addit S. D. cum enim sua cognitionis intuitus sit in momento æternitatis, qua omnibus temporis partibus adest. &c ita l. c. tunc enim aliquid cognoscitur ut futurum est, quando inter cognitionem cognoscens, & rei eventum invenitur ordo præteriti ad futurum, hic autem ordo non potest inveniri inter cognitionem divinam & quamcumque rem contingentem (scil. futuram ut patet) sed semper ordo divina cognitionis ad rem quamcumque, est sicut ordo præsentis ad præsens de verit q. 2. a. 12. in O. quod autem ordo ille præsentis sit ad præsens physicum, docet D. Ang. simplex notitia dicitur non ad excludendum respectum scientia ad scitum, qui inseparabiliter omnem scientiam concomitatur; sed ad excludendum ad intentionem ejus, quod est extra genus notitia; sicut est existentia rerum quam addit scientia visionis l. c. q. 3. a. 3. ad 8 ergo scientia visionis superaddit simplici notitia (id est scientia simplicis intelligentia ut clarè docet I. p. q. 14. a. 9. in O. Item a. 12. in O.) existentiam rerum, non intentionalem & objectivam, *hec enim omnem scientiam concomitatur inseparabiliter S. D.* jam cit. nec est extra genus notitia, sed essentialiter illud ingreditur; ergo physicam superaddit & realem; non quidem in propria rerum mensura, sed mensura æternitatis ut ait S. D. jam cit. Evidenter itaque & irrefragabili docet S. D. præsentiam physicam futurorum contingentium in æternitate &

& futuritionem causalem; nescit formalem: nisi per hanc intelligere velis ca-
rentiam existentiae pro nunc in mensura propria (cum physica existentia in men-
sura æternitatis) & existentiam in propria aliquando mensura habendam; in
quo tamen intellectu, futurum formale non erit, cum existentia physica in qua-
cunque mensura, determinationem liberam voluntatis divinae, seu causam
presupponat; necesse est dicere voluntatem Dei esse causam rerum, & Deum agere
per voluntatem, non per necessitatem naturae.... sed secundum determina-
tionem voluntatis & intellectus ipsius l. p. q. 19. a. 4. in O.

Deus movens ex mente S. Thomæ
Doctoris Angelici cum prædeterminatione
Physica, ad vivum ex eodem depicta.

FUNICULUS III.

Movere est educere aliquid de potentia in actum. l. p. q. 2. a. 3. in O. oportet
enim ut id quod est in potentia, reducatur in actum per aliquid quod est actu: & hoc est movere l. 2. q. 9. a. 1. in O. ergo movere naturam vel voluntatem (natura
autem & voluntas, hoc modo ordinantur, ut ipsa voluntas etiamquidam natura sit.
de verit. q. 22. a. 5. in O.) est reducere naturam vel voluntatem de potentia in
actum; sed in operatione, quia Deus operatur movendo naturam non operatur na-
tura. de pot. q. 3. a. 7. ad 3. consonat. l. 2. q. IIII. a. 2. in O. ergo etiam natura non
operatur in reductione, qua Deus naturam reducit de potentia in actum: ergo
respectu hujus reductionis se habet tantum passivè; subsumo: sed respectu de-
siderii primi beatitudinis ut sic, & virtutis ex eo causatae & relictæ, non habet se
tantum passivè: de ratione voluntarii est, quod principium ejus sit intra. l. 2. q. 9.
a. 4. ad 1. ergo hæc non venit nomine præfata reductionis. **S E C U N D O** Sic
ergo Deus est causa omnis actionis (ergo etiam primi actus tam intellectus quam
voluntatis) pro ut quodlibet agens est instrumentum divine virtutis operantis l. c.
de pot. in O. & a. 4. in O. Sed de perfectione instrumenti est quod agat in
quantum movetur, & ita per virtutem incompletam; que potest ... ordinari ali-
qualiter ad completum per modum causa. de ver. q. 27. a. 4. ad 7. & 6. ergo etiam
de perfectione cuiuslibet agentis est, quod agat, in quantum movetur à Deo,
idque per virtutem incompletam, quæ possit ordinari &c. sed per virtutem illam

incompletam, quæ possit ordinari &c. non potest intelligi virtus primæ intentionis; id est virtus ex prima volitione relicta; quia illa virtus ordinari non potest ad simpliciter primum actum, tam intellectus, quam voluntatis, seu aliqualis causa; cum sit effectus illius actus, & tamen intellectus & voluntas respectu actus sui simpliciter primi, fuere instrumentum divinæ virtutis operantis, ut patet ex S. D. TERTIO. Virtus illa relicta constituit causam potentem operari, v.g. voluntatem potentem eligere secundum Adversarios, & S. Thomam I. 2. q. 9. a. 6. ergo vel potentem eligere per modum instrumenti divini; vel per modum cause per se agentis: non primo modo; nec est inconveniens, ut virtus illa (instrumentalis) statim cesset; quia se habet virtus illa ut in fieri existens & moveri (proin est motus propriè talis) & hujusmodi cessant cessante motione nō ventis. de ver. I c ad 10. sed virtus relicta ex prima volitione, non statim cessat, dum cessat Deus per illumovere voluntatem ad electionem; nec habet se ut in fieri existens & moveri, sed in facto esse; utpote terminus physicus permanens primæ volitionis: ergo. Item 3. p. q. 62. a. 4. virtus instrumentalis habet esse transiens ex uno in aliud, & incompletum, sicut & motus est actus imperfectus ab agente in patiens. Motus, qui est actus imperfecti; ... est ab alio in aliud. I. p. q. 14. a. 2. ad. 2. Item de pot. I. c. ad 7. rei naturali potuit conferri virtus propria, ut forma in ipsa permanens habens effratum & firmum in natura non autem vis, qua agit ad esse ut instrumentum primæ cause; Sed virtus illa relicta non habet esse transiens ex uno in aliud; est enim virtus potentia immanenter operantis; nec est actus imperfecti: nec quid incompletum utimotus; habet esse ratum & firmum in voluntate, uti acumen in securi: virtus primæ intentionis, quæ est respectu ultimi finis, manet in quolibet appetitus cuiuscunque rei I. 2. q. 1. a. 6. ad 3. etiam si de ultimo fine actu non cogitur. I. c. aliquid operatur ad effectum aliquem instrumentaliter, quod quidem non operatur ad effectum per formam sibi inherentem; sed solum in quantum est motum, a per se agente. de ver. q. 27. a. 4 O. sed voluntas operatur ad electionem, per virtutem relictam, seu per formam sibi immanenter inherentem: ergo virtus illa relicta non constituit voluntatem potentem eligere per modum instrumenti divini: ergo per modum cause per se agentis; uti patet ex S. D. de ver. I. c. O. ad aliquem effectum operatur aliquid dupliciter &c. sed causa per se agens, seu per se agere dicitur, quod agit per aliquam formam sibi inherentem per modum NATURÆ COMPLETÆ, sive habeat illam formam à se, sive ab ulio, & aut violenter aut naturaliter; per quem modum dicuntur illuminare sol & luna; & calefacere ignis & ferrum ignitum, vel aqua calefacta. de ver. I. c. O ergo virtus illa relicta, qualiscunque tandem, est juxta S. D. natura completa, errat proin **Dicasti**
dum

dum illam nomine incompleti baſi tizare satagit ex D. A. Addo quod se habet ad volitionem primam uti habitus scientificus ad intellectiōnem. QUARTO S.D. de pot. l. c. ad 7. sic arguit: *Si Deus in natura operante operetur, oportet quod operando aliquid rei naturali tribuat; nam agens agendo, aliquid actu facit.* ad 7. dicendum id quod à Deo fit in re naturali, quo actualiter agat, est intentio habens esse quoddam incompletum, per modum quo colores sunt in aëre, & virtus artis in instrumento artificis; Sed virtus relicta non fit a Deo in voluntate, quā actualiter agat, & eligat, sed qui possit eligere: *fine universalis motione ad universale objectum voluntatis, homo non potest aliquid velle.* l. 2. q. 9. a. 6. ad 3. Nec virtus relicta habet esse incompletum, ut probatum est ex S.D. Neque habet se per modum quo colores sunt in aëre: *ea qua movent, prout sunt in ipso moveri* (id est prout in ipsis est motus; *actus enim moventis in moto est motus.* l. 2. q. 110. a. 2 O.) *movent per virtutem incompletam,* & hujusmodi virtus est in aëre ad movendum visum secundum quod immutatur à colore partis ut infleri, non autem ut in facto esse; unde species coloris sunt in aere per modum intentionis, & non per modum entis completi. de ver. l. c. ad 4. Nec relicta virtus habet se per modum, quo virtus artis est in instrumento: *sicut ergo securi per artem dari potuit acumen, ut esset forma in ea permanens non autem dari ei potuit, quod vis artis esset in ea, quasi quadam forma permanens, nisi haberet intellectum:* ita rei naturali potuit conferri virtus propria, ut forma in ipsa permanens; non autem vis, quā agit ad esse, ut instrumentum prima causa; nisi daretur ei, quod esset universale essendi principium natura. de pot. l. c. ad 7. quā omnia ex D. Ang. jam allata manifestè repugnant virtuti relicta.

Ubi caute & curiosè OBSER. ; non dicere S. D. id quod fit à Deo in re, quo actualiter agit; actualiter enim agit per actionem suam; sed QUO; id est, ut actualiter agat: ut diceret non esse ipsam natura vel voluntatis operationem (*simpliciter concedendum est Deum operari in natura & voluntate operantibus* l.c. O.) nec virtutem aliquam relictam ex prima volitione; hæc enim non est id quod fit à solo Deo in voluntate operante (*in operatione quā Deus operatur movendo naturam, non operatur natura* l. c. ergo *situs Deus in illa operatur;* *sed ipsa natura operatio est etiam operatio virtutis divina* l.c. id est; *operatio, quā efficitur physicè à natura, efficitur etiam physicè à virtute divina, scil. creatâ, quā est motus in creatura, à solo Deo causatus, quo movet omnem omnino creaturam ad agendum actum;* ut patet ex dictis, & patebit ex dicendis l. p. q. 2. a. 3. O. l. 2. q. 109. a. 1. O. Item q. 110. a. 2. O. 2. sent. dist. l. 2. 4. O. &c.) neque etiam est id quo voluntas actualiter eligat, sed aptitudinaliter: ergo est præmium quid & physicum ad operationem natura & voluntatis; ut in sequen. pa-

ebit. Addo quod ad simpliciter primam volitionem, uti & intellectu terminata simul stetit cum libertate exercitii secundum S. D. de Malo q. 6. O. 1. 2. q. 10. a. 2. O. stetisseque cum libertate specificationis, si voluntati objectum propositum fuisset noui ut universaliter bonum. LL. cc. non ergo libertatem tollit sed causat; de quo in seqq. estque prævia physica motio, ut patet ex dictis, & patebit ex dicendis. Quibus addo; *Sicut . . . securi per artem dari potuit acumen, ut esset forma in ea permanens; non autem dari ei potuit, quod vis artis esset in ea, quasi quedam forma permanens (id est habitus artificialis) nisi haberet intellectum: ita re naturali potuit conferriri virtus propria ut forma in ipsa permanens, non autem via qua agit ad esse ut instrumentum prima causa, nisi daretur ei, quod esset universale essendi principium nature (Deus) de pot. l. c. a. 7. ad 7. sed virtus relictus est.*

est forma in uoluntate permanens secundum S. D. 1. 2. q. 1. a. 6. ad 3. virtus pri-
me intentionis ... manet in quolibet appetitu cuiuscunq; rei &c. Nec dari po-
test voluntati creatr, quod sit universale essendi principium naturæ; nec ali-
quid agit ad esse, nisi per virtutem Dei; ipsum enim esse est communissimus effe-
ctus ... & ideo soli Deo competit, secundum propriam virtutem, talis effectus,
de pot. l.c. Ergo per illam virtutem relictam voluntas non constituitur in esse
instrumenti divini. Addit immediatè S. D. l.c. ad 7. Nec iterum virtuti natu-
rali conferri potuit, ut moveret seipsum nec ut conservaret se in esse s; unde scut pa-
ret, quod instrumento artificis conferri non potuit quod operaretur absque motu artis;
ita rei naturali conferri non potuit quod operaretur absque operatione divina. Sed
motus artis in instrumento statim realiter cessat, dum cessat artifex instrumen-
tum movere ad artificiose operandum (statim enim quando movens cessat mo-
vere, & mobile cessat moveri. de ver. l. Sup. cit.) & motus artis est causa forma
productæ: dicimus motum instrumenti esse causam formæ a principali agente in-
ductæ. de ver. l c. ad 6. est insuper causa operationis quæ fit ab instrumento, uti
clarè probatur in Confir. 6. seq. ex D. A. ergo & operatio divina quâ operatur
in natura & voluntate operantibus, statim realiter cessat, dum Deus cessat eas
movere ad agendum; & si nul divina illa operatio est aliqualis causa operatio-
num naturæ & voluntatis; quod sane virtuti relicta non convenit utipatet, nec
etiam concursui simultaneo nec virtuti productivæ & conservativæ divinæ, de
quibus statim: ergo est nova operatio divina, supponens naturam & volunta-
tem productam, in actu primo proximo completam; & medians inter hanc &
ejus operationem.

S. Q. DE INSTRUMENTIS. 1. 2. q. 1. a. 6. ad 3. & 4.

SI DICAS: quod natura se habeat tantum passivè in reductione, quâ
reducitur à Deo de potentia objectiva ad actum existendi; sive in productione
& conservatione ad ipsam terminata; idque tantum velle S. D. l.c. de pot. uti
seipsum videtur explicare 1. p. q. 105. a. 3. & 4.

Contra. Etiam præterea in reductione quâ reducitur de potentia operativa
ad actionem, se habet tantum passivè ergo. prob. Simpliciter concedendum est
Deum operari in natura & voluntate operantibus, de pot. l. c. non ergo sic est
intelligendum, quod Deus in omni re naturali operetur quasi res naturalis nihil ope-
retur; Sed quia in ipsa natura vel voluntate operante Deus operatur, quod qui-
dem qualiter intelligi possit, ostendendum est; quatuor autem modos ostendit S. D.
quibus actionis alius rei, res alia (Deus) potest esse causa. PRIMUS est;
Quia tribuit ei virtutem operandi. SECUNDUS. In quantum conser-
vat virtutem naturalem in esse. TERTIUS modus; In quantum moves eam
ad

ad agendum in quo non intelligitur collatio aut conservatio virtutis activa; sed applicatio virtutis ad actionem, sicut homo est causa incisionis culicelli, ex hoc ipso quod applicat acumen culicelli ad incidendum, movendo ipsum . . . sequitur de necessitate quod Deus sit causa actionis cuiuslibet rei naturalis, ut movens & applicans virtutem ad agendum. QUARTUS est; Sicut principale agens est causa actionis instrumenti; & hoc modo etiam oportet dicere quod Deus est causa omnis actionis rei naturalis. de pot. l. c. O. his præmissis.

Prob. assumpt. Deus operatur in natura & voluntate operantibus non tantum producendo & conservando illas; sed etiam movendo eas ad actionem iam cit. O. sed in hac motione divina ad actionem; seu in hac reductione, quā reducuntur à Deo, de potentia operativa ad actionem se habent tantum passivē ergo. Min. prob. in operatione, quā Deus operatur movendo naturam, non operatur natura; sed ipsa natura operatio est etiam operatio virtutis divina l. c. ad 3. Item 1. 2. q. III. a. 2. O. Pauldante cit. ubi addit S. D. in illo autem effectu, in quo mens nostra, & moveat, & moveretur; operatio non tantum Deo attribuitur, sed etiam anima; ratio S. D. est, operatio enim alicujus effectus non attribuitur mobili sed moventi. NEC denuo DICAS quod S. D. per illam operationem, tantum intelligat productionem & conservationem rei; hoc enim in terminis negat ut patet in O. jam cit. vers. tertius modus &c. Addo omniis res, dum est, semper conservatur à Deo; non tamen semper à Deo movetur ad agendum, uti patet; ergo productio & conservatio rei, & operatio quā Deus rem movet ad operandum, reducitque de potentia operativa ad actum, realiter separantur, & consequenter realiter distinguuntur.

Nec reccuras ad concursum simultaneum; in hoc enim operantur natura & voluntas; hincque dividit & distinguit contra operationem Dei, quā movet naturam & voluntatem ad operandum; ergo S. D. docet operationem Dei medium in natura & voluntate operantibus; medium (inquam) inter naturam quamcunque corporalem vel spiritualem perfectam, & hujus actionem; consequenter illa Dei operatio, & physica est, & prævia, uti patet, & ex seqq. patebit. Quantumcunque natura aliqua corporalis vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere; nisi moveatur à Deo; quæ quidem motione est secundum suæ providentie rationem, non secundum necessitatem naturæ; sicut motio corporis celestis. I. 2. q. 109. a. 1. O. actio intellectus est cuiuscunq; entis creandi dependet à Deo . . . in quantum ab ipso movetur ad agendum l. c. ergo dependet ab ipso motu, qui est actus mobilis à movente Deo, uti ex antecedent constat.

Confirm. I. Non excluditur quin Deus immediate in rebus omnibus operetur in quantum virtus sua est sicut medium conjungens virtutem cuiuslibet causa secunda cum suo effectu; non enim virtus alicuius creature, posset in suum effectum, nisi per virtutem creatoris; à quo est omnis virtus & virtutis conservatio (ecce productionem & conservationem rei) & ordo ad effectum (quid sit ille ordo mox subdit) quia ut in lib. de causis dicitur: causalitas causa secunda terminatur per causalitatem cause prima. 2. sent dist. 1. a. 4. O ergo causalitas illa divina, nec est productio vel conservatio rei; non enim res producta & conservata illam terminat, sed actio seu causalitas, qua est effective à re producta; nec est concursus simultaneus; in hoc enim operatur natura, ipsa natura operatio est etiam operatio virtutis divina de pot. l. c. ad 3. & 1. 2. l. c. & ut plurimum est ens completum; in operatione (autem) quā Deus operatur movendo naturam, non operatur natura. LL. cc. estque motus in creatura mota; & ens incompletum; est virtus ut in fieri & moveri existens, & actus imperfectus LL. cc. quod ut plurimum de concursu simultaneo dici non potest; cum s̄p̄ius sit actio inmanens, consequenter actus perfectus; non enim intelligere est motus, qui est actus imperfectus, qui est ab alio in aliud, sed actus perfecti existens in ipso agente. 1. p. q. 14. 2. 2. ad 2. NB. Quid sit actus imperfecti (scil. ab alio in aliud) ergo nec virtus relicta, nec actus immanentes, sunt actus imperfecti; sed perfecti, utpote existentes in ipso agente.

Confirm. II. Et urgetur ratio S. D. Non excluditur quin Deus (ait) immediate in rebus omnibus operetur, in quantum virtus sua est sicut medium conjungens virtutem cuiuslibet causa secunda cum suo effectu; sed virtus illa Dei qua est uti medium conjungens &c. non est divina productio & conservatio rei (causa enim productio & conservatio stat sine hoc quod sit conjuncta suo effectu; medium autem conjungens unum alteri stare non potest sine existentia utriusque; alias medium conjungens non esset: ob eandem rationem, non potest esse virtus relicta) nec est concursus simultaneus; hic enim est effectus seu factum causa secunda; ergo non est medium inter virtutem causā secundā & ejus effectum. Adde; quod S. D. dicat: Causalitas causa secunda terminatur per causalitatem cause prima; concursus autem simultaneus seipsum terminare non potest, utpote una indivisibilis actio; ergo divina causalitas illa mediat inter naturam creatam sive corporalem, sive spiritualem perfectam; & inter hujus causalitatem, ut patet. 1. 2. q. 109. sup. cit. & planè liquet ex hoc; quia actus Dei moventis in moto est motus, & consequenter actus imperfectus & ens incompletum l. sup. cit. incompletum non potest esse causa completi sicut per se agens, potest tamen incompletum

sum ordinari aliqualiter ad completum per modum causæ. de ver. l. c. ad 6. motu magis dicitur ad ens, quam ens. l. c. ad 5. cum ergo operatio cuiuslibet causæ secundæ, non sit in ipsa, nec sit quid incompletum, nec ordinetur aliqualiter ad completum per modum causæ; nec magis dicitur ad ens, quam ens; manifestè sequitur, quod per præfatam divinam causalitatem terminatam per causalitatem causæ cuiuslibet secundæ, non intelligatur concursus simultaneus; nec virtus ex prima volitione relicta, utpote ens completum, & actus perfectus; nec terminatur per causalitatem cuiuslibet causæ secundæ, ut ex D. Ang. evidenter ostensum est.

Confirm. III. Ex gratuitate Dei voluntate homo adjuvatur in quantum anima hominis movetur à Deo ad aliquid cognoscendum vel volendum vel agendum; & hoc modo ipse gratutius effectus in homine non est qualitas (ergo nec intellectio, nec volitio, nec virtus relicta, haec enim propriè sunt qualitates, & actus completi, ut patet i. p. q. 14. a. 2. ad 2. sup cit, de ver l. c. O.) sed motus quidam anima, actus enim moventis in moto est motus, ut dicitur in 3. phys. l. 2. q. 110. a. 2. O.

NEC DICAS esse actionem Dei productivam vel conservativam voluntatis; vel concursum simultaneum; Contra est. Productio enim Dei activa & conservatio rei non sunt in re. Patet de pot. l. c. q. 3. O. & ad 2. non aliæ eas (res) in esse conservat, quam semper eis esse dando. I. p. q. 9. a. 2. O. conservatio rerum à Deo est per continuationem actionis quâ dat esse; que quidem actio est sine motu. I. p. q. 104. a. 1. ad 4. actus autem moventis Dei, in moto est motus l. sup. cit. omnis autem motus est actus mobilis à movente. I. p. q. 103. a. 5. ad 2. ex phys. estque in moto l. c. 1. 2. concursus autem simultaneus vel plerumque est qualitas completa si sit immobilens; vel non est in potentia operativa mota à Deo si sit transiens. LL. cc. sup. unde ubique clamat D. A. quod Deus moveat intellectum ad cognitionem cuiuscunque veri. I. 2. q. 109. a. 1. quod nihil agat creatura nisi in quantum movetur à Deo ad agendum. l. c. & I. p. q. 2. a. 3. O. & I. 2. q. 1. a. 6. O. ut significet quod causalitas causa secunda terminatur per causalitatem causa prima. I. sup. cit. non per qualcumque; sed pertalem in qua causa secunda non operatur, quæque est ens ut in fieri & moveri existens; incompletum, & ab agente Deo in patiens; & vi cuius in re fiat non ut aptitudinaliter sed ut actualiter agat; non habens esse permanens in re, sed cum motu ipsius mobilis transiens LL. cc. ex D. A.

Curiosè hic Obser. quod S. D. I. 2. l. c. dicat: *anima hominis movetur à Deo ad aliquid cognoscendum, vel volendum (quæ sunt actus immanentes) vel agen-*

igendum quæ sapè est actio transiens; cum ergo in terminis doceat r. p. q. 18.
 i. 3. ad 1. & i. 2. q. 3. a. 2. ad 3. actionem transeuntem causæ secundæ non subjectari
 in agente, sed in passo seu moto; & simul doceat, quod actus moventis (Dei)
 in moto v. g. homine quem movet ad externe agendum est motus huncque mo-
 tum in homine esse, & statim cessare cessante motione moventis; necessariò &
 evidenter sequitur; quod Deus aliquid præsum ad actionem externam homi-
 nis, operetur in homine, scilicet motum physicum, quo movet eum ad agendum;
 qui benè dicitur & est prævia physica causalitas in homine recepta, terminata ad
 causalitatem causæ secundæ, sive causalitas causa secunda terminatur per cau-
 salitatem causa prima. sup. c 2. sent.

Confirm. IV. *Moventia secunda non movent, nisi per hoc, quod sunt mo-
 ta à primo movente* r. p. q. 2. a. 3. O. actio cuiuscunque entis creati dependet
 à Deo, quantum ad duo; uno modo in quantum ab ipso habet perfectionem, sive
 formam, per quam agit; alio modo in quantum ab ipso movetur ad agendum.
 i. 2. q. 109. a. 1. O. ergo etiam potentia operantes ad extra, non movent, nec
 agunt, nisi per hoc, quod sunt motæ à Deo; ergo actus Dei, moventis eas ad
 agendum ad extra, est in eis, estque motus l. sup. cit. sed actio transiens non est
 in eis l. sup. cit. ergo realiter distinguitur ab hac; estque præsum quid naturæ
 & causalitate, in quo tota fere ratio physica præmotionis sita est; si ergo causæ
 transeunter operantes intrinsecè immutantur à Deo propriiori ad actionem tran-
 seuntem, actumque Dei moventis sub denominatione motus in se intrinsecè re-
 cipient, quidni & potentia immanenter operantes? *moventia* (enim) *secunda*
non movent, nisi per hoc quod sunt mota à primo movente l. sup. cit. & in quantum
 ab ipso movetur ad agendum l. c. & i. 2. q. 93. a. 3. O. ergo etiam voluntas non
 movet se ad electionem, nisi per hoc quod est mota à Deo & in quantum ab ipso
 movetur ad eligendum, sed motus is est actus imp̄fectus, ens in completum;
 cessante motione Dei moventis cessat; est id in quo natura non operatur, est
 id, quod fit à solo Deo in re, quo (ut) actualiter agat; est causalitas causæ
 primæ, terminata per causalitatem causæ secundæ; est medium conjugens quam-
 libet naturam perfectam cum suo effectu; id est causalitate; hæc enim est termini-
 nus illius teste S. D. nec nulla natura perfecta potest exire in actu, nisi in quantum
 à Deo movetur ad agendum, est virtus divina prout in fieri existens & mo-
 veri; non habet esse permanens in natura & voluntate operantibus, magis di-
 citur ad ens, quam ens; ordinatur ad operationem seu causa &c. quæ omnia sa-
 nè nec virtuti relicta, nec conservationi & productioni, nec concursui sumul-
 taneo convenire apertum est; testibus etiam Adversariis.

Confir. V. Deus non solum est causa operationis naturae (de pot. l. c. ad 6.) ut conservans virtutem naturalem in esse; sed aliis modis ut dictum est. scil. in O & ad 3. de pot. l. c. & i. p. q. 105. a. 5. in O. & ad 3. Item i. 2. q. 109. a. 1. O. sed illi aliis modis sunt modus tertius & quartus sup. cit. & in tertio modo non intelligitur collatio aut conservatio virutatis activa; sed applicatio virtutis ad actionem. l. c. in O. sive intelligitur operatio quâ Deus operatur movendo naturam ad agendum, (sequitur de necessitate, quod Deus sit causa actionis cuiuslibet rei naturalis, ut movens & applicans virtutem ad agendum l. c. in O.) in qua non operatur natura, in operatione, quâ Deus operatur movendo naturam non operatur natural. l. c. ad 3. ergo præter productionem & conservationem rei; præter virtutem reliquam & concursum simultaneum, habet Deus actionem physicam aliam, quæ terminetur ad omnem actionem causâ secundâ; consequenter media inter concursum simultaneum & naturam seu corporalem seu spiritualem perfectam.

Confir. VI. Hec est ratio instrumenti in quantum est instrumentum ut moveat motum; unde sicut se habet completa forma ad (causam) per se agentem; ita se habet motus quo movetur à principali agente ad instrumentum. de ver. l. c. in O. virtus ... principalis agentis scil. Dei ... non habet esse completum in natura, sed est quid incompletum in genere entis, quod patet ex hoc, quia instrumentum movet, in quantum movetur; motus autem est actus imperfectus secundum Phylos. l. c. ad 4. sic ergo concludo: sicut se habet completa forma (v. g. calor in igne vel aqua) ad causam perse agentem id est principalem (uti patet ex S. D. l. c.) ita se habet motus, quo movetur à principali agente ad instrumentum. Maj. est S. D. jam cit. sed à forma completa causa per se agentis exit effectivè operatio per se, seu principaliter & forma illa constituit in actu primo causam per se agentem, Min. patet ex S. D. l. c. & i. 2. q. 109. a. 1. O. i. p. q. 105. a. 5. O. ubi: principium actionis est ... forma ejus, quod ab agente applicatur ad agendum. Ergo à motu, ceu formâ in completâ instrumenti, exit effectivè operatio instrumenti; & motus is constituit instrumentum in actu primo potens; consequentia bona est; & consequens est S. D. incompletum (virtus scil. instrumenti) non potest esse causâ completi sicut per se agens; potest tamen incompletum ordinari aliqualiter ad completum per modum causâ l. c. ad 6. & in O. Hæc est profunda & irrefragabilis doctrina S. Thomæ & fidelium Thomistarum, dicentium cuin S. D. operationem Dei, quâ solus operatur in naturâ & voluntate operantibus, & haberet rationem actus primi (quæ quidem supponat causam per se agentem, id est principalem completam & perfectam, firmam & ratam in actu primo, ut ait S. D. sup. cit. i. 2. q. 109. a. 1. O. & de pot. l. c. ad 7. eam tamen esse

esse instrumenti divini transunter constitutat) & simul motionis & applicatio-
nis ad actum secundum, ad agendum, ad actionem, ut loquitur S. D. LL. cc.
unde motum illum Dei, quo movetur creatura ad actionem; & virtutem Dei
nominat in creatura existentem, & operationem Dei, causa secundæ inexisten-
tem. de perfectione instrumenti non est, quod agat per virtutem completam; sed
quod agat in quantum movetur, & ita per virtutem incompletam. de ver. l. c. ad 7.
quæcunque alia causa (præter Deum) dat esse ... in quantum hujusmodi ... hoc
habet, in quantum est in ea virtus & operatio prima causa, & non per propriam vir-
tutem de pot. l. c. q. 4. O. in quantum participat aliquid de virtute principalis
causa per motum ejus motus enim eam quoquo modo participat. de pot. l. c.
q. 7. O. dicit S. D. quoquo modo, quia incompletè & transunter eam participat:
virtus (principalis agentis) non habet esse completum in natura, sed est quid in-
completum in genere entis l. c. de ver. ad 4. virtus illa statim cessat. l. c ad 10.
sicut ergo applicatio & motio acuminis cultelli, qua sit ab homine non est col-
latio nec conversatio acuminis cultelli. uti patet & docet S. D. I. p. q. 105. a. 5.
O. Item de pot. l. c. in O. nec est ipsa scissio, vel divisio mobilis cui applicatur
(realiter enim separari possunt, si durities mobilis excedat virtutem activam
agentis; alias minimè. Non sufficienter aliquid potest movere aliquid mo-
bile, nisi virtus activa moventis excedat, vel saltem adequet virtutem passivam
mobilis. I. p. q. 105. a. 4. O. voluntas autem divina est agens fortissimum. de ver.
q. 23. a. 5. O. Cum voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur,
quod si ea, qua Deus vult fieri; sed & quod eo modo siant, quo Deus ea fieri vult.
I. p. q. 19. a. 8. O.) sed est media operatio inter virtutem activam perfectam, ac
ratam acuminis, quam supponit; & inter ejus scissionem; estque à solo ho-
mene movente & applicante acumen, non ab ipso acumine (exemplum est S.
D. de pot. l. c. q. 7. O.) ita similiter teste S. D. I. c. sc habet applicatio & motio
divina, quâ natura & voluntas à Deo applicantur & moventur ad actionem; præ-
supponit enim motio illa naturam perfectam, uti patet. I. 2. q. 109. 2. 1. sup.
cit. & prior est natura & causalitate quâ operatio causa secundæ, sique per
hanc terminatur. I. sup. cit. cum hac differentia tantum; quod utramque
moveat secundum conditionem suæ naturæ, & secundum suæ providentie ratio-
nen, non secundum necessitatem naturæ. I. 2. q. 109. a. 1. O. deinde instrumentum
est causa quodammodo effectus causa principalis, non per formam vel virtutem pro-
priam, sed in quantum participat aliquid de virtute principalis cause per motum
ejus, sicut dolabra non est causa rei artificata per formam vel virtutem propriam,
sed per virtutem artificis, à quo movetur, & eam quoquo modo participat; ... nec
causa

causa secunda potest in effectum causa prima per virtutem propriam, quamvis sit instrumentum cause prime respectu illius effectus ... unde ... non dat esse (l. mox cit. in quantum hujusmodi. l. c. q. 4. O.) nisi prout est in ea virtus divina. de pot. l. c. q. 7. O. & q. 4. O. quod autem intelligat virtutem divinam creatam, patet ex LL. cc. Item de ver. q. 27. a. 4. O. ubi: aliquid operatur ad effectum aliquem instrumentaliter ... in quantum est motum à per se agente; que quidem virtus l. c. ad 4. non habet esse completum in rerum natura; sed est quid incompletum in genere entis, quod patet ex hoc; quia instrumentum movet, in quantum movetur, motu autem est actus imperfectus; nec hoc est inconveniens l. c. ad 10. ut virtus illa statim cesseret, Sacra menta non operantur ad gratiam per virtutem propria formam; sic enim operarentur ut per se agentia, sed operantur per virtutem principalis agentis scil. DEI IN EIS INEXI STENTE M, l. c. ad 4. consonat per omnia 3. p. q. 62. a. 1. & 4. Item de pot. l. c. in O. sic ergo Deus est causa actionis cuiuslibet, in quantum dat virtutem agendi, & in quantum conservat eam (Ecce virtutem Dei productivam & conservativam increatum) & in quantum applicat actioni; & in quantum ejus virtute omnis alia virtus agit in quo non intelligitur (ut præmitit S. D. l. c.) collatio aut conservatio virtutis active; sed applicatio virtutis ad actionem; quæ applicatio & motio est virtutis divinæ increata participatio incompleta, secundum S. D. jam cit. estque medium conjungens causam perfectam cum suo effectu. Ubi clare vides; quod id quod constituit causam in eis instrumenti, sive divini, sive humani; & virtus sit & nominetur à S. D. & etiam motus, patet etiam ex l. p. q. 105. a. 5. O. primum agens movet secundum ad agendum, & secundum hoc omnia agunt in virtute ipsius Dei. Ubi motum Dei in creatura, vocat virtutem Dei; quod magis patet ex immediata seqq. & ita ipse est causa omnium actionum agentium ... quod Deus non solum movet res ad operandum &c. ergo per hoc, quod movet &c. est causa omnium actionum: atque ... moventis in moto est motus (l. sup. cit. Item l. c. O. si sunt multa agentia ordinata, semper secundum agens agit in virtute primi agentis, nam primum agens movet secundum ad agendum, ergo primum agens, movere secundum agens ad agendum, est secundum agens agere in virtute primi moventis; sicque motio primi moventis, quā movet agens secundum, est virtus respectu agentis secundi. Totum constat. l. 2. q. 109 a. 9. nulla res creata potest in quemcunque actum prodire, nisi virtute motionis divina; ergo motio divina simul est virtus, participem enim quoquo modo virtutem divinam in creatam ut docet S. D. Item l. 2. q. 93 a. 3. O. in omnibus moventibus ordinatis, oportet, quod virtus secundi moventis; derivetur à virtute moventis primi; quia movens secundum non movet

nisi in quantum movetur a primo. Omnis autem motus est actus mobilis a movente; actus enim moventis in moto est motus LL. sup. cc. ergo & virtus est, prout se tenet ex parte actus primi, & actio est, prout est motio & applicatio virtutis ad actionem, ad quam terminatur, uti etiam productio divina & conservatio rei, realiter idem sunt, non enim aliter eas in esse conservat quam semper eis esse dando. I. p. q. 9. a. 2. O.

Confirm. VII. *Voluntas est Dominus sui actus, hoc autem non esset, si agere non posset, nisi Deo in ipsa operante, cum voluntas nostra non sit Dominus divina operationis* (scil. illius qua Deus solus operatur in natura & voluntate operantibus movendo illas ad actionem) ergo Deus non operatur in voluntate nostra operante. de pot. in Argum. 13. & ad 14. sic urget: liberum est, quod causa sui est, quod ergo non potest agere nisi causa in ipso agente non est liberum in agendo, sed voluntas nostra est libera in agendo, ergo potest agere nulla alia causa in ipso operante, & sic idem quod prius. HIC tantum meminisse velis amice lector, nec unquam oblivisci quod quatuor modis Deus dicatur esse causa actionis cuiuslibet rei creatae, ut dixi sup. ex S. D. quatuor autem hos modos necessariò requiri, ut operetur quæcunque causa secunda patet ex l. c. & I. p. q. 105. a. 5. in O. & ad 3. his præmonitis Respondet S. D. ad 13. dicendum quod voluntas dicatur habere Dominum sui actus non per exclusionem cause prima, sed quia causa prima non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad unum determinet; sicut determinat naturam, & ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis & voluntatis; ergo Deus agit in voluntate operante; in O. sup. cit. & suâ hâc operatione movet voluntatem ad eligendum, & ad quamlibet actionem, sed illa actio Dei non est collatio & conservatio voluntatis l. c. in O. nec concursus simultaneus, in hoc enim operatur voluntas; secus in illa, nec potest esse virtus relicta, ut fusè ostensum est; ergo est nova physica operatio Dei, quæ physicè terminatur per causalitatem cuiuslibet causa secundæ, estque medium conjungens virtutem perfectam voluntatis (ad quam perfectionem pertinet præfata virtus relicta seu forma rata, ac firma, ut sup. clarè est ostensum ex S. D.) uti & cuiuslibet causa secundæ cum suo effectu, id est operatione; sicutque intrinsecè vialiter recipitur in voluntate operante; estque à solo Deo illam operante in voluntate; est ens incompletum, quia est ipsum moveri ipsius voluntatis ad quæcunque volitionem, & aliquatenus causa entis completi, scil. volitionis & cuiuslibet actionis, uti per omnia probatum est; quod autem voluntas illius operationis non sit Dominus; patet ex Argum. cit. Sancti D. ubi arguendo probat, voluntatem nostram non esse Dominam divinæ operationis, quæ operatur Deus in voluntate ope-

operante; consequenter nec esse Dominam sui actus (quod est præcipium Adversariorum argumentum & fundamentum ad negadam præmotionem) & ad hoc ultimum Respondet; esse dominam sui actus per exclusionem causæ primæ Negat. Esse dominā sui actus ex hoc quod causa prima non ita agit in voluntate, ut in natura &c. Concedit. Patet ex solutione S. D. citata. Quod autem voluntas domina non sit divinæ operationis non negat in Responsione, quod vel maximè facere debuisset, si hujusmodi actionem non admisisset; & contraria dominio voluntatis super actum suum judicasset; cum in hac actione totius difficultatis unicus punctus contineatur; Addit S. D. l. c. ad 7. sicut ergo securi per artem dari potuit acumen; ut esset forma in ea permanens; non autem dari ei potuit, quod vis artis esset in ea, quasi quadam forma permanens, nisi haberet intellectum: ita rei naturali potuit conferri virtus propria, ut forma in ipsa permanens; non autem vis, quæ agit ad esse, ut instrumentum prime cause; nisi daretur ei, quod esset universale essendi principium natura; nec iterum virtuti naturali conferri potuit, ut moveret se ipsam; nec ut conservaret se in esse: ex quo infert l. c. unde sicut patet, quod in instrumento artificis conferri non potuit, quod operaretur absque motu artis; ita rei naturali conferri non potuit, quod operaretur absque operatione divina. Sed motus artis, est actus artificis, moventis instrumentum ad operationem instrumentalē; isque actus est in instrumento moto, sub ratione motū; est ex a gente in patiens, consequenter actus imperfecti; ab eoque eeu causā aliquali efficitur actio instrumentalis, uti per omnia ex D. A. ostensum est; & hinc ulterius liquet: instrumentum enim est causa quodammodo effectus principalis cause, non per formam, vel virtutem propriam; sed in quantum participat aliquid de virtute principalis cause, per motum ejus (NB. PER MOTUM EJUS) ergo motus est aliqua participatio virtutis causæ principalis; proin simul virtus participata est, scil. incompleta teste S. D. & simul actio seu motio) sicut dolabra non est causa rei artificiate, per formam. vel virtutem propriam &c. ergo etiam ipsa operatio divina, est actus Dei, moventis rem naturalem ad agendum; isque actus est à Deo in re naturali sub ratione motū, quo fit, ut actu agat &c. ut patet ex anterioribus: ergo præter virtutem relictam, & præter actum voluntatis creatæ, terminatum ad finem; in viorum voluntas se movet ad electionem, & quorum domina est; (Utitur enim virtute illa, quando vult; qualiter etiam vult finem; voluntas per hoc, quod vult finem, movet se ipsam ad volendum ea, qua sunt ad finem. 1. 2. q. 9. a. 3. O.) admittit S. D. aliam motionem Dei; aliam operationem, quæ ipse solus in natura & voluntate operantibus operatur; in qua voluntas non operatur; ac sic virtuti naturali conferri non potuit, ut moveret

se ipsam. l. c. hujuscemodi scil. motione; sicutque voluntas domina illius esse non potest; cū sit in potestate soli9 Dei; actio enim... cuiuscunq; entis cretti dependet à Deo, quantū ad duo in quantum ab ipso habet ... formam; & in quantum, ab ipso movetur ad agendū ait. S. D. supra cit. ergo dependet physicè à forma, & motu Dei, utpote, qui QUOQUO MODO participat virtutem divinā increatā; uti gratia sanct. naturam divinam increatam; conseqüenter natura divina participata est Sdm. S. D. 1. 2. q. 110. a. 3. O. motus autem ille Dei, est aliqualis physica causa cuiusvis actionis causæ secundæ; conseqüenter terminatur physicè per causalitatē cuiusvis causæ secundæ; neque per illam virtutem intelligitur collatio, aut conservatio virtutis activæ; uti sufficienter ex D. A. ostensum est; ergo S. D. admittit operationem Dei in voluntate operante; id est, tunc solum, quando actualiter agit, sine qua (prout scil. habet rationem participatiæ divinæ virtutis) non potest agere; cuius tamen divinæ operationis, voluntas domina non est. Imò ad 14. sup. cit. Sic Respondet non qualibet causa excludit libertatem; sed solum causa cogens, sic autem Deus non est causa operationis nostræ. Ergo causa non cogens non tollit libertatem; sed Deus determinando voluntatē ad unum non de necessitate; uti determinat naturam, non est causa cogens, uti patet ex S. D. ergo. Hic tamen observa quod S. D. non sumat tò cogens strictè; sed latè, prout idem est ac determinans ad unum de necessitate, uti se ipsum explicat de ver. q. 22. a. 5. O. ad 1. & 2. & a. 8. Item de malo q. 6. in principio O.

Confir. VIII. Ex q. 6. de malo ubi sic arguit: ad 4. *Violentum est cuius principium est extra nil conferente vim passo; si ergo voluntaria electionis principium sit ab extra, scil. Deus, videatur quod voluntas per violentiam & ex necessitate moveatur, non ergo habet liberam electionem suorum actuum.* Respondet ad 4. dicendum quod voluntas aliquid confert, cum à Deo movetur, ipsa enim est, quæ operatur, sed motu à Deo, & ideo motus ejus, quamvis sit ab extrinseco sicut à principio non tamen est violentus, quid sit ille motus, habes supra; uti & omnes ejus qualitates. & NB quod dicat S. D. aliquid confert voluntas cum movetur à Deo; quid autem sit illud aliquid mox subdit: ipsa enim est, quæ operatur; ergo sola electio est à voluntate non motio seu operatio, quæ à Deo movetur ad electionem; in ipsa enim non operatur voluntas; sicutque ē habet tantum passivè in illa; est enim à Deo seu agente extrinseco, in pure patientem voluntatem, ut clarè & fusè per totum est ostensum, quæ tamen divina motio in voluntate ut paciente recepta, violenta non est, ait S. D. nec liberæ electioni inimica; alias S. D. omnino eam negare debuisset, uti supra dixi. Quibus finaliter addo quod habet S. D. l. proxime cit. ubi sic in argumento secundo concludit: ergo ... interiores

riores electiones non sunt in hominis potestate, sed sunt homini ex Deo; sed dices; quod homo ad eligendum moveatur quodam interiori instinctu; scilicet ab ipso Deo, & immobiliter; non tamen hoc repugnat libertati. Sed contra est (argumentum tertium) quod cum omne animal moveat se ipsum per appetitum; alia tamen animalia ab homine non habent liberam electionem; quia eorum appetitus à quodam exteriori movente moveatur; scilicet ex virtute corporis cœlestis, vel ex actione aliquius alterius corporis; si ergo voluntas hominis immobiliter moveatur à Deo; sequitur quod homo non habeat liberam electionem suorum actuum. Respondet S. D. ad 3. dicendum quod animalia bruta moveantur per instinctum superioris agentis ad aliquid determinatum, secundum modum formæ particularis (qua formæ apprehensa per sensum est individualis ... & ideo ex ea sequitur inclinatio ad unum actum l.c. in O.) cuius conceptionem sequitur appetitus sensitivus; sed Deus moveat quidem voluntatem immutabiliter, scilicet ad electionem, ut patet ex argum. proposito, propter efficaciam virtutis moventis, que deficere non potest; sed propter naturam voluntatis motu, qua indifferenter se habet ad diversa; quia scilicet sequitur modum formæ universalis nempe intellectus representantis objectum Electionis indifferenter; (actum sive motivum principium in hominibus propriè est intellectus & voluntas, ut dicitur 3. de anima sed forma intellecta est universalis, sub qua multa possunt comprehendendi, unde cum actus sint in singularibus, in quibus nullum est, quod adaequat potentiam; universalis remanet inclinatio voluntatis indeterminate se habens ad multa l. c. in O. Item l. c. Deus .. cum omnia moveat secundum rationem mobilium, ut levia sursum, gravia deorsum, etiam voluntatem moveat, secundum ejus conditionem, non ex necessitate, sed ut indeterminate se habentem ad multa conformiter habet i. p. q. 38. in fin. O. de verit. q. 24. a. 2. Item 2. ad Hann. dist. 24. a. 2. in O.) non inducitur necessitas, sed manet libertas in quantum Deus omnia movet, proportionabiliter quotidie secundum suum modum S. D. quod autem Deus per concursum simultaneum, seu per ipsam electionem, non moveat immutabiliter voluntatem ad electionem, patet; quia id per quod Deus moveat voluntatem ad electionem est causa electionis, (4. enim modis est Deus causa actionis cuiuscumque; de pot. in O. sup. cit. ut supra fusè ostensum est; item actio cuiuscumque entis creati dependet à Deo in quantum ab ipso moveatur ad agendum i. 2. q. 109. a. 1. in O ergo dependet ab ipso motu, ut liquet ex dictis) tum quia id est actus imperfectus uti motus; ens incompletum in genere entis, est à solo Deo operante in voluntate &c. deinde quod per virtutem præfatam relictam, non moveat Deus voluntatem immutabiliter ad electionem; etiam clarum est; quia ut ex S. D. bene

probat

probat P Eximius in suo libello fol. mihi 67. n. 24. & fol. 78. n. 27. *appetitus finis
ultimi quandoque tempore precedit electionem*; ergo per illam non movetur à Deo
immutabiliter ad electionem; potest enim voluntas non eligere in sensu com-
posito virtutis relictæ; quod clarius liquet ex adjunctis S. D. *propter efficaciam
virtutis moventis que deficere non potest*; quæ verba omnino repugnant virtutis re-
lictæ, hæc enim potest deficere ab electione, & esse sine illa (NB. hic insuper-
abilitatem & efficaciam divinæ voluntatis, petitam non à Dei præscientia futurum
nostrum consensum explorante, exspectante &c. ut clarè etiam patet ex funi-
culo 2. sed ex infinita efficacia divinæ voluntatis. Idem habet S. D. i p. q. 19. a. 8.)
nec illi competit efficacia virtutis moventis; virtus enim divina movens, est
virtus ut in fieri & moveri existens, non ut in facto esse, & transit cum opera-
tione ad quam datur, & per quam terminatur &c. ut sup. probatum; *habet esse
transiens ex uno* (scilicet Deo seu principio extrinseco, ut ait S. D. sup. cit.) *in
alium scilicet voluntatem motam*; & incompletum; *uti & motus est actus ab a-
gente in patiens* 3. p. q. 62. a. 4. in O. quod ulterius Confirmatur ex sol. ad XI.
ubi: *Dispositio primi moventis manet in his que ab eo moventur, in quantum mo-
ventur ab ipso*; sic enim ejus similitudinem recipiunt, non tamen totaliter;
ergo etiam dispositio Dei, seu primi moventis, manet in voluntate, quæ ab
eo movetur ad electionem, in quantum movetur ab ipso; sed virtus relictæ non
manet in voluntate, in quantum movetur à Deo ad electionem; manet enim in
voluntate, & antequam à Deo moveatur ad electionem, & postquam mota est,
ut ifatetur P. Exim. l. sup. cit. non ergo manet in ea in quantum movetur; ergo
prater illam virtutem D. Ang. aliam docet dispositionem, aliam virtutem
moventem Dei, aliam operationem. **NEC DICAS** virtutem illam seu di-
spositionem manere in voluntate in quantum movetur à Deo ad electionem; sed
non tantum tunc manere; hoc enī non asserit S. D. contra est. Debet tunc
tantum manere, ut clare patet ex S. D. de verit. l. sup. cit. ad 7. & 10. & sparsim
in toto hoc opere; deinde quia alias non esset ens ut in fieri & moveri existens,
sed ut in facto esse &c. ut sup. ostensum est; ens enim ut in fieri & moveri exi-
stens, mox cessat cessante motione moventis; secus ens prout in facto & moto
esse; patet in motu calefactionis, hic enim statim cessat, dum ignis cessat calc-
facere, nontamen cessat calor productus; quia hic est ens ut in facto esse exi-
stens, motus autem, scilicet qui est actus imperfectus (qualiter semper D. Ang. nominata actionem Dei qua creaturas movet ad agendum, uti in hoc toto
opere reperire obvium est;) est ens ut in fieri patet i. p. q. 18. a. 3. ad i. i. 2. q. 3.
a. 2. ad 3.

Confir. ad primam simpliciter voluntatem, Deus movit voluntatem de malo. l. c. in O. & i. 2. sup. cit. idque non per virtutem relictam, ut ostensum est; sed per virtutem causalitatem physicā priorem primā voluntate; ergo dispositio Dei, cuius primi moventis, manet in voluntate quæ à Deo movetur ad primam voluntatem, in quantum movetur ab ipso ad illam; sed illa dispositio non fuit prior tempore quam primus amor (Deus ... movet voluntatem immutabiliter ut jam ostensum est propter efficaciam virtutis moventis, estque medium conjungens &c. & reductio principii operativi de potentia ad actum uti probatum est) nec fuit posterior tempore; alias cessante primo amore mansisset; sive duplarem haberemus permanentem ac firmam virtutem; unam causalitatem physicā priorem quam primus amor; aliam causalitatem posteriorem; utpote physicus hujus permanens effectus, quod hactenus fuit inauditum, & in futuro erit aliquid novum, & saltem D. Ang. erit incognitum; ergo etiam dispositio, qua transunter recipitur in voluntate, in quantum movetur à Deo ad electionem, nec prior tempore est electione, nec posterior; sed simul transit & cessat cum illa. Datur ergo ex mente D. A. secundum dicta & probata, prefata causalitas physica, media inter naturam completam & perfectam ex una parte, cuius causam per se agentem; & inter actionem cujuslibet causæ secundæ ex parte altera; ad quam divinam causalitatem quævis natura, dum actu agit, se habet tantum passivè, cum sit à solo Deo operante in causa qualibet dum actu operatur, eam & in esse instrumenti divini constitente; & simul ad agendum applicante & movente, quæ prior est natura & causalitate quilibet actione causæ secundæ cuius physico effectu ac termino ejusdem. Quod autem cum hac divina causalitate, secundum suam entitatem accepta non possit componi non actus, patet evidenter ex S. D. est enim id quod fit à Deo in re naturali, quo actualiter agat; est reductio principii operativi de potentia ad actionem; terminatur per causalitatem causæ secundæ, est sicut medium conjungens virtutem cuiuslibet causa secunda, cum suo effectu &c. quæ ex natura & essentia sua stare non possunt sine actione causæ secundæ; alias enim esset id quod fit in re ut actu agat, esset reductio de potentia ad actum secundum &c. & non esset. Si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est huic positioni, quod ad illud voluntas non moveatur l. 2. q. 10. a. 4 ad 3. Deus movet voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis moventis quæ deficere non potest, q. 6. de malo ad 3. nisi ergo Deus prefato modo operaretur in natura & voluntate operantibus, esset quidem causa actionis illius, in quantum producit, & conservat virtutem, ut docet S. D. de pot. l. c. in O. & i. p. q. 105. 2. 3. & 4. Item l. 2. q. 109. a. 1. in O. sed non esset causa illius ut motor & applicator.

cator virtutis propriè dictus ad actionem ; quod summè derogat Deo ; nec esset causa illius principalis , respectivè ad creaturam operantem , ut causam instrumentalem ; nec Deus præter operationem simultaneā creature , simul operatur in natura & voluntate operantibus operatione diversâ , immediatè ad idem factum seu terminum ; sicque duplex operatio Deo non competet ; quod tamen expressè docet de pot. l. c. in arg. 3. ejusque resp. & in arg. 4. cum resp. Item ad 7. qua Dei solius operatio participat quoquo modo virtutem divinam , de pot. in O. scilicet increatam , ut sup. ostensum est ; *quacunque enim alia causa dat esse , in quantum hujusmodi , hoc habet ; in quantum est in ea virtus & operatio causa prima* l. c. q. 4. in O. quicunque ergo hujusmodi motionem & operationem seu virtutem creatam , cuilibet creature actu operanti inexistentem , ex S. D. manifeste ostensam Deo denegat ; rationem universalis motoris simul derogat ; ex hoc enim teste S. D. sup. cit. de pot. in O. & 1. p. q. 105. a. 5. in O & ad 3. Item 1. 2. q. 109. a. 1. in O. &c. nosf est motor universalis , quod res omnes producat & conservet , nec quod simultaneè influat (4. enim modis dicitur Deus esse causa actionis cuiuslibet creature S. D. sup. cit. de pot. q. 7. in O. sed à 4. illis modis excluditur concursus simultaneus l. c. per hunc enim Deus non est causa actionis creatæ cuiuslibet ; sed ille terminat causalitatem divinam) nec ex vi virtutis reliet ex prima volitione ; sed ex hoc unicè , unice ; quod applicet , & moveat omnia ad operandum applicatione , motione , & virtute non qualicunque ; sed fusè ac clare hic ex D. A. sparsim descriptâ . & ad vivum depictâ ; **QUOD VERO LIBERTATEM NON TOLLAT ; SED SUAVISIME ET FORTISSIME FOVEAT** ; patet clare LL. cc. D. Ang. quibus adde 1. p. q. 19. a. 8. in O. q. 63. a. 5. ad 3. & 4. a. seq. in O. Item q. 83. a. 1. ad 3. ubi : *Deus est prima causa movens & sicut naturalibus causis , movendo eas , non afferit quin earum actus sint naturales ; ita movendo causas voluntarias , non afferit quin earum actiones sint voluntariae ; sed potius hoc in eis facit ; operatur enim in unoquoque secundum ejus proprietatem.* Idem omnino docet opus. 3. C. 129. de malo q. unica in O. de verit. q. 23. a. 5. &c.

Habes nunc tandem P. plurimum mihi & specialiter venerande , Eximie Doctor Theologe , non quidem ab eximio D. sed à servo tuo , tui ut optimè noſtioſervantissimo , minimo SS. Theologia Professore & D. A. speciali amatore ac indigno cultore , qua in libelli tui præfatione intitulat (Deus movens ex mente S. Thomæ D. A. absque prædeterminatione physica &c. Coloniz 1708. edito) humiliiter modestè , religioſeque postulasti ubi : *inferat aliquid (Thomista scilicet) textibus S. Tho. de plano , & prout jacent adductis , à Deo voluntati huma-*

humane physice imprimi primum motioni, qua voluntas se ipsam ad actus bonos naturales movet & actioni quam voluntas suos actus bonos naturales causat; quod vel tolli, vel cum quo secundum suam entitatem accepto, negationem actuum componi sit impossibile. Unū cum venia Exi. P.V. addo: Doctorē A. i. p. q. 19. a. 3. ad non fideliter (uti mox patebit ex formalibus Sancti D. fideliter referendis) citata in libello vestro pag. mihi 143. n. 56. sic enim habet libellus: voluntas qua ex non est contingens; sed ex se necessitatem, & habitudinem necessariam habet ad primum objectum, non oportet quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectum sed determinat se ipsam ad volendum; ad quod habet habitudinem non necessariam dignetur Exi. P.V. argum. Doctoris A. ponere in forma syllogismi; & perspicuerit, quod S. D. non inferat quod voluntas divina se ipsam determinet ad bona creata, ex hoc praecisè; quod habet ex se necessitatem, tantum ex parte objecti, bonitatis scilicet sua; sed ex hoc, quod habet ex se necessitatem (ait S. D. scilicet quoad actum existendi; *neesse est ponere* i. p. q. 2. a. 3. in O. aliquid, quod sit per se necessarium, non habens causam necessitatis aliunde; *sed quod est causa necessitatis alii*, quod omnes dicunt Deum) sicque est ens à se, & necessario existens à quo cœratione à priori venit; quod ab aliquo alio determinari nequeat; ut poterit primum ens, sicutque primum determinans; cum sic sit actus purissimus omnis potentialitatis, & determinabilitatis realis expers; sic enim arguit S. D. i. p. q. 19. a. 3. ad 5. ab eo, quod est ad utrumlibet, non sequitur aliqua actio; nisi a aliquo alio inclinetur ad unum, ut dicit comment in 2. phys. si ergo voluntas dei aliquibus se habet ad utrumlibet; sequitur quod ab aliquo alio determinetur ad effectum; & sic habet causam priorem. & Respondet S. D. ad 5. dicendum; quod causa qua est ex se contingens, oportet, quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectum sed VOLUNTAS DIVINA, qua ex se necessitatem habet determinat se ipsam a volitum, ad quod habet habitudinem non necessariam. In forma sic ponitur: ab eo quod &c. inclinetur ad unum; sed voluntas Dei in aliquibus se habet ad utrumlibet; ergo. & sic in forma Respondet dist. maj. ab eo, quod &c. inclinetur a unum: si id, quod est ad utrumlibet, sit causa ex se contingens; Concedit S. D. id, quod est ad utrumlibet; ex se necessitatem habet, Negat S. D. & similiter a mi. sed divina &c. & est causa ex se contingens, Negat; ex se necessitatem habet; concedit. ubi patet ex ipsis distinctionis membris à S. D. datis; quod per causam ex se contingentem, non intelligat contingentem per ordinem ad effectum suum; sic enim divina voluntas, maximè contingens est, utpote essentia liter liberrima (consequenter male S. D. negaret de Deo, quod sit causa ex se contingens; male insuper diceret; quod id, quod est ad utrumlibet, ab aliquo

exteriori debet determinari ad unum; si sit causa ex se contingens; alias enim ipsa etiam divina voluntas sic determinari deberet utpote sic contingens) sed intellegit causam ex se contingentem, per ordinem ad esse; quia cum voluntati creatae in omni statu competant, & respectu omnis operationis; necesse est, quod a Deo determinetur ad unum, ut ab eo sequatur qualisunque actio; ut sufficienser est ostensum; (proin Maj. in libello posita, intellecta de voluntate creatae, nec D. Thoma est; nec ejus sensus; sed planè contrarius, ut satis ex D. A. est ostensu; & patet ex ipsis formalibus Sancti D. fideliter supra relatis, quæ tantum l.c. loquuntur de VOLUNTATE DIVINA; sicque immerito Exi. P. V. irresponsione ad libellum Exi. P. Knippenberg sic corredit: *voluntas que ex se &c. sunt verba Autoris, & sensus S. Thome*: sed sic corrigidebet: voluntas, divina quæ ex se non est contingens &c.) sicque voluntas determinatur a Deo ad unum; non tantum quoad rationem entis vel actus ut alicui Neoterico visum fuit in suis impressis sed etiam quoad rationem talis entis, ac talis actus, tam quod speciem, quam quoad numerum; respectu hujus enim voluntas est ad utrumlibet; sicque ab eanō exit hic actus, nisi pro priori ad illum a Deo voluntas determinetur, (*secundum sua providentia rationem, non secundum necessitatem naturae* l. 2. q. 109. 2. 1. de malo l. c. ad 3. &c. & in hoc sensu, agentia secunda dicuntur quasi determinare actionem primi agentis; hujusque influentiam specificare 3. cont. gentes C. 66. ad 5. de pot. q. 1. a. 4. ad 3. quia Deus suam motionem illorum naturis attemperat; *omnia movet secundum eorum conditionem*, l. 2 q. 10. a. 4. necessaria proin necessariò libera liberè, ut patet l. p. q. 38. Paulò ante cit. & opus 3. c. 129.) ut patet ex l. proximè cit. Item de malo l. sup. cit. & specialiter ad l. de pot. l. c. ad 13. & 14. *ipsa voluntas ... & solus Deus potest inclinationem voluntatis quam ei dedit transferre de uno in aliud secundum quod vult*, de ver. q. 22. a. 9. in O. sicut voluntas potest suum actum immutare in aliud ... ita etiam, & multò amplius Deus l. c. a. 8. in O. quod ulterius inde liquer; quia motio Dei non tantum habet rationem virtutis instrumentariae (sub qua formalitate constituit causam omnem secundam per se agentem, in actu primo perfectam, in esse instrumenti divini, potentis iu actu primo proximo in effectu suo attingere rationem entis, ut ex dictis constat) sed etiam simul rationem divinæ operationis, ut similiter ex dictis clarum est, sub qua formalitate rationem entis, in quantum hujusmodi, per se primò non attingit sed rationes inferiores; cum ut sic rationem causæ seu moventis principalis, moventibus secundis non adimat; sed duntaxat in esse moventium secundorum, essentialiter in moyendo, prima causa moventi sub ordinorum constituat, ut patet ex dictis. Item de pot. l. c. a. 1 & 4. in O.

ap. q. 2. a. 3. O. *moventia secunda non movent, nisi per hoc, quod sunt mota à primomovente.* 1. 2. q. 109. a. 1. O. *actio cuiuscunque entis dependet à Deo . . . in quantum a ipso moveretur ad agendum.* Idem habet S. D. ad 3. subordinatur autem essentialiter causa secunda prime cu[m] priu[m] moventi quoad omnem rationem & perfectionem genericam, quam specificam, uti & numericā, in actione reperibilem; con sequenter ad omnem hujusmodi perfectionem producendam, & attingendam actu suo, à Deo moveri debet; uti enim ab eo, quod est ad utrumlibet, si si causa ex se contingens (scil. quod ad esse, quales sunt omnes causæ secundæ ad primam causam comparata) non sequitur aliqua actio, nisi ab aliquo exterior inclinetur & determinetur ad unum, ut ait S. D. 1. p. q. 19 a. 3. ad 5. supra cit. it etiam, quod est ad utrumlibet quo ad rationem genericam, specificam &c. al eo non sequitur hujusmodi ratio[n]is, nisi ab exteriori (Deo) inclinetur, determinetur, & moveatur ad ea. *Quia causa prima magis influit in effectum quam secunda ideo quidquid perfectionis est in effectu, principaliter reducitur ad causam pri mam.* de pot. q. 3. a. 7 ad 15. interim verum manet, quod Deus cu[m] causa universalissima, omnia omnino creata sub ratione entis, cu[m] effectus universalissimi, per se primò ei correspondentis attingat; si ly sub dicat rationem dum taxat sub qua, in quo sensu verum habet, quod præfatus Recentior ex D. A. ben probat & urget; vel si sit actus malus: *non potest dici absolute quod peccatum sit Deo . . . nisi cum hac additione, in quantum est actus, & in quantum est en* 2. sent. dist. 37. q. 2. a. 2. in fine O. consonat de pot. q. 3. a. 6. ad 21. in act peccati, quidquid est entitatis, vel actionis, reducitur in Deum, sicut in pri mam causam; quod vero est ibi deformitatis reducitur in causam, sicut in librum arbitrium: sicut quidquid est de gressu in claudicatione, reducitur in vir tuem motivam, sicut in primam causam; quidquid autem est ibi obliquitatis provenit ex curvitate cruris. S. D. ex quo facile intelligis, quod habet S. D. d malo. q. 3. a. 2. O. quem locum pro se citat P. Exi. pag. 85. nobis enim proficit faveat, uti & q. 6. de malo ibi à P. Exi. citata; uti ex iam dictis liquet. Favet iten nobis, quod habet P. E. pag. 147. de ver. q. 5. a. 9. ad 10. ubi: *causa primaria plus dicitur influere, quam causa secunda* (NB. verba sequentia omisit P. E in quantum eius effectus est intimior, & permanentior in causato, quam eff ectus causæ secundæ) tamen effectus magis assimilatur causa secundæ; quia p eam determinatur quodammodo actio prima cause ad hunc effectum. Videati D. A. 1. p. q. 4. a. 3 & clarè patebit, unde illa assimilatio major proveniat; patet & clarè, quod D. A. nobis per omnia faveat.

RESPONSIO PARTICULARIS THEOLOGICA
 VERITATIS AMORE REFERTA JUSTA MENTEM D.A.
 EX OMNIBUS JAM RELATIS PERSPICUAM
 SUPER DOCTISSIMUM LIBELLUM

Admodum Reverendi & Eximii P. KIRSCH, S. Jesu
 Contra prædeterminationem physicam à num. usque ad num.
 ejusdem libelli, ad stateram ejusdem Doct. Ang. appensum.

A Numero 1. usq; ad num. 9. exclusivè consonant omnia S. Doctori:
 pag. 9. num. sextus intelligi debet conformiter distinctioni inter præmo-
 tione, ut virtus est, & ut motio seu operatio est, ut patet ex dictis: idem esto
 judicium pag. 28. lin. 17. & 18.

A num. 9. inclus. usque ad num. 14. exclus. patent omnia serio ac mature
 modicam hanc meam operam ruminanti: deficit enim libellus informata idea;
 ad eam namque pertinet, & divina motio prævia physica ad primum simpliciter
 actum tam intellectus quam voluntatis: & ad quemlibet actum in particulari cu-
 juslibet causæ secundæ actu agentis; ut abundè ex modico hoc opere meoliquet.
 Unde adversatur Doctori Ang. quod habetur pag. 24. & grandiusculè hic nota-
 tur: *hic autem motus* (scil. actualis, appetitus cognoscitivi, uti præmittit P. Exi.)
causatur ab amore naturali, QVIA IN EO EST VIRTUS DEI Tan-
quam primi moventis simpliciter. Quod hinc magis displicet; quia illa virtus Dei,
est motus teste D. A. ergo implicat, quod sit in motu; motus enim est actus mo-
bilis, non ipsius motus, à movente. S. D. adversatur item, quod habetur pag.
 28. *Deus movendo & applicando voluntatem ad finem ultimum, communicat illi*
virtutem motivam, tam objectivam, quam activam, & virtutem causandi ratio-
nem entis. Primum verum est, secus secundum, uti patet ex D. A. nam realiter
dictæ virtutes distinguuntur; prima permanens est; secunda transiens est cum
primo amore, dum formaliter cessat; ex quo constat, qualiter intelligentum
fit, quod habet P. Exi. p. 108. vers. eo instanti (usque ad ly) neque enim in sui c. c.
 ubi præmittit P. Exi. *idea itaque concepius S. Thom. quantum capio, hec est &c.*
 omnino, quantū ego capio, non est. Adversatur item, quod habetur pag. 29. *in quo*
(motu ad finē ult.) virtus Dei motivat, tam activa quam objectivare manet. Virtus enim
 illa, est virtus primæ intentionis 1. 2. q. 1. a. 6. ad 3. id est, virtus non primæ in-
 E
 tentioni,

tentioni, seu primo motui inexistentis / uti explicat P. Exi pag. 24. 35. &c. alias enim desineret, desinente primâ intentione utpote ipsius subjecto ; nam accidens non transit à subjecto in subjectum. 3. p. q. 62. a. 3. ad 2.) sed ex prima intentione , ceu physicus ejus terminus & effectus in voluntate permanenter reflecta , & ad omnes volitiones sequentes producendas ordinata ; uti habitus scientiarum dicitur virtus assensus scientifici non quod sit in ipso assensu , ceu subjecto , alias enim hoc desinente desineret; sed quia permanenter relinquitur intellectu , ex assensu , ceu hujus physicus terminus & effectus ; ac ordinatur ad similes actus producendos; constituit enim præfata virtus voluntatem potentem operari , non in esse instrumenti divini , ergo in esse causam per se agentis , seu principalis , uti probatum est ex D. A. consequenter habet se per modum naturæ completae teste S. D. L. supra cit. & patet 3. p. q. 62. a. 4. O. instrumentum ... non operatur , nisi in quantum est motum a principali agente , quod per se operatur ; & ideo virtus principalis agentis habet permanens & completum esse in natura ; virtus autem instrumentalis habet esse transiens ex uno in aliud & incompletum. Ergo non est in ipso actu , seu prima intentione , præfata virtus (hæc enim teste P. Exi pag. 28. & 109. est ens incompletum) sed immediate in ipsa voluntate ; unde nec verum est , quod P. Exi subdit : atque hic , scil. in ratione entis , uti præmittit P. Exi. terminatur motio , applicatio , & determinatio Dei , tanquam primi moventis , uti patet ex dictis ; multò minus verum est , quod sequitur : hinc motus voluntatis ad ult. finem ... tribuitur soli Deo (ut falsum est teste D. A. 1. p. q. 105. a. 5. O. & dc pot q. 3. a. 7. O. motus v. g. calefactionis ignis tribuitur soli Deo) quia per eum motum non intelligit P. Exi. motum Dei prævium causalitate physicâ ; sed ipsum actualem voluntatis appetitum , uti clarè se ipsum explicat pag. 42. ubi : primus motus voluntatis a Deo impressus est inclinatio voluntatis in bonum universale , seu est appetitus finis ultimi , quem imprimunt voluntati ; est ergo & operatio naturæ , seu voluntatis , utpote actus vitalis & virtutis appetitiva , uti docet S. D. 1. p. q. 20. a. 1. O. primus ... motus voluntatis , & ... appetitiva virtutis est amor ; & operatio divina virtutis ; ipsa naturæ operatio est etiam operatio virtutis divinae , de pot. q. 3. a. 7. ad 3. consequenter alia Dei operatio admitti debet , in qua natura , seu voluntas non operetur , ut docet S. D. & hinc ulterius patet : sicut principale agens est causa actionis instrumenti ... hoc modo ... Deus est causa omnis actionis rei naturalis de pot I. c. O. (ergo etiam primæ actionis) sed principale agens est causa actionis instrumenti per virtutem incompletam Inexistentem instrumento (non actioni instrumentalis) quæ virtus quoquo modo participat transunter non permanenter virtutem agentis principalis , & ali-

qua-

quatenus (scil. instrumentaliter physicè) causat ipsam actionem &c. ergo. Mi.
est Sancti D. uti ex dictis patet: ergo. Confirm. *ipsa natura operatio, est etiam
operatio virtutis divinæ* (scil. increata, prout confert & conservat virtutem l.c.
O. i. p. q. 105. a. 5. O. & ad 3. & creatæ, prout naturam in esse divini instrumenti
constituit, & movet ad agendum LL. cc. sicut *operatio instrumenti est per virtutem
agentis principalis, de pot. l.c. ad. 3. & in O. virtus inferior non conjungitur effe-
ctui, nisi per virtutem superioris; sed in omnibus locutionibus, in quibus dicitur
aliquis per aliquem operari, hac prepositio P E R designat in causalí aliquam can-
sam seu principium illius actus.* i. p. q. 36. a. 3. O. ergo etiam in hac locutione:
Deus operatur per omnem creaturam operantem, seu causa principalis per
suum instrumentum, designatur in causalí, aliqua causa, seu principium illius
actionis; sed Deus est causa omnis actionis creatæ non tantum conferendo ta-
lem, vel talem virtutem, naturam, formam, potentiam &c. sed etiam mo-
vendo eam ad agendum, motione scil. in esse entis incompletæ, transeunte &
cessante cum actione cessante, ad quam ceu causa physica aliqualis (scil. instru-
mental) datur, & per quam physicè terminatur &c. uti in Resp. ad n. 15. patet,
ergo hæc motio intelligitur, dum Deus dicitur per intellectum, & voluntatem
operari primos (imò omnes & singulos cuiusvis rei naturalis) actus. ex quo
corruit, quod habet P. Exi. pag. 109. *communicatio istius virtutis divina, est ope-
ratio solius Dei in natura, nec natura quidquam ad eam operatur; totum enim
actum voluntatis, & quidquid ei actui inest, operatur voluntas; licet propriè
adeum se non moveat. Quod voluntas illum efficienter causet docet P. Exi. pag.
50. n. 19. sicut totus motus calefactionis v.g. efficitur ab igne, licet ad illum se
non moveat propriè, in eoque motu simul operantur Deus & natura teste S. D.
non ergo virtus illa est in ipso actu.*

Ad num. 15. patet Respons. ex distinctione duplicitis motu quem docet
S. Tho. quorum unus est actus perfecti, ut intellectio, volitio &c. ut affatim
ostensum est; & de hoc duntaxat primo motu voluntatis, vera est Conclusio
Exi. Patris, num. 15. ubi: *primus motus voluntatis est appetitus finis ultimi; secus de
altero: hic enim (ut statim dicetur) formaliter appetitus non est; sed aliqualis
causa appetitus hujus, à solo Deo, habituali appetiti impressus, ut in actua-
le hunc appetitum exeat conformiter suæ naturæ; ut liqueat omnia ex dictis:*
alter motus est actus imperfecti; consequenter motus propriæ talis, ens incom-
pletum, transiens à solo Deo ceu agente extrinseco, in voluntatem ut pure pa-
tientem, in quo non operantur natura & voluntas; qui est virtus ut in fieri &
moveri existens, non habens se ut forma inhærens agenti secundo, sed ut motus

in eodem, ab agente per se, id est principali, scil. Deo; qui magis dicitur ad ens quam ens; quique motus est virtus incompleta, & operatio primæ causæ solius, causæ secundæ actu duntaxat agenti in existens, participans quoquo modo, non permanenter, sed transunter virtutem principalem agentis incretam Dei; terminatus per causalitatem QUAMLIBET cuiuslibet causæ secundæ; conjungens quamlibet causam secundam cum causalitate sua, hujusque causalitatis vera physica aliqualis id est instrumentalis causa; non habens esse ratum & firmum in natura & voluntate operantibus; sed statim cessans, dum natura & voluntas operantes, cessant moveri à movente Deo ad agendum; qui motus fit à solo Deo in creatura, non quo aptitudinaliter, sed quo actualiter agat, qui est dispositio primi moventis, quæ manet in voluntate, dum movetur à Deo v.g. ad primam intentionem, electionem &c. in quantum movetur; dispositio autem illa, est operatio Dei solius, & est motus in voluntate mota; ut ergo operatio Dei non est in natura & voluntate; dum Deus cessat in illis operari, movendo illas ad agendum (oportet quod Deus cuiuslibet agenti ad sit interius in ipso agens dum ipsum ad agendum movet. OPUS. 3. c. 130. dicit S. D. quasi &c. quia operatio illa est actus imperfectus, & magis dicitur ad ens quam ens) ita motus à Deo non est in mobili, dum cessat à Deo moveri ad agendum à quo motu OMNIS actio cujuscunque entis creati realiter dependet; in quo motu, seu virtute incompleta & transiente, ex D. A. jam ad vivum expressa, & in toto hoc opere clarè ex D. Ang. probata, non intelligitur collatio aut conservatio virtutis actiæ teste S. D. nec concursus simultaneus (huic enim aperte omnia jam enumerata repugnant) nec virtus primæ intentionis ob eandem manifestam repugnantiam, nec possunt intelligi tria hæc simul sumpta; hæc enim nil sunt aliud, quam divina productio, & conservatio rei, virtus primæ intentionis à Deo impressa, & concursus simultaneus; sed his simul sumptis non convenient ea, quæ D. A. attribuit divine operationi, quam operatur in natura & voluntate operantibus, ut patet omnia vel obiter duntaxat examinanti; ergo est nova physica Dei actio, consequenter novus motus in creatura mota, nova virtus medians inter naturam ceu causam principalem in actu primo perfectam, ejusque omnino operationem ceu physicum ejusdem motus seu virtutis terminum realiter physicè tam ab hoc motu sive virtute, quam à natura principali perfecta productum; ut clarè ex D. A. ostensu est; ex quo corruit, quod docet ~~P. E.~~ P. E. pag. 71. ergo motio Dei, non est naturâ prior motione voluntatis; quod autem dicat P. Exi. pag. 35. in amore (scil primo appetibilis, uti præmittit ex D. A.) appetibile suam virtutem appetitiū communicat, per quam in appetibile tendat; Verum non est; cum virtus

virtus ea appetitui data sit permanens teste P. E. ex D. A. 1. 2. q. 9. a. 6. ad 3. sicq; non est in ipso amore, uti ostensum est; & hinc patet; quia ad istum amorem Deus movet voluntatem hominis (non solum ut causa finalis; sed præterea ut causa agens, utibene docet P. E. pag. 27.) sicut universalis motor ad universale objec-tum voluntatis 1. 2. l. c. imo P. E. idem docet pap. 109. actio voluntatis procedit à virtute divina participata, & virtute propria voluntatis; bene, optimè; ita enim vult S. D. 1. 2. q. 109. a. 1. O. ergo virtus ea non est in amore; causa enim efficiens quæcunque, formaliter non est in suo effectu, nec efficit suum subjectum: imo P. Exi. l. c. sic ait: *ea virtus participata, causativa rationis entis &c.* scil. in omni actu, ut docet pag. 28. ergo etiam in primo actu uti ostensum est; ergo non est in primo actu voluntatis, alias in eo non causaret rationem entis (quod tamen expressè docet S. Tho. uti sparsim patet ex Funic. 3.) accidens enim nequit effi-center causare id, cui inhæret: sic ergo intelligitur D. A. dum l. c. 1. 2. mox subdit: *& sine hac universalis motione, homo non potest aliquid velle;* quia sine illa motione, voluntatem in actu primo constitutive potentem ad amandum simuli-que applicante, uti probatum est ex D. A. non potest haberi primus amor, sicq; nec virtus, quæ ex eo amore deciditur, & relinquitur, & ad omnes sequen-tes actus realiter causandos ordinatur; in qua virtute formaliter manen-te, manet virtualiter prima intentio, seu causa in effectu suo; uti in habitu scientiæ formaliter manente, manet virtualiter assensus, seu illius causa. Exem-plum, quod habet P. E. pag. 81. ex D. A. de Rege & Ballivo placet; ex eo enim sequitur, quod inter quamlibet actionem causæ secundæ, & suppositum agens, mediet physica virtus Dei, conjungens unum alteri patet: ex D. A. de pot. q. 3. a. 7. O. si consideremus supposita agentia, quodlibet agens particulare est im-mediatum ad suum affectum; si autem consideremus virtutem, quæ fit actio; sic virtus superioris causæ erit immediatior effectui, quam virtus inferioris; nam vir-tus inferior non conjugitur effectui, nisi per virtutem superioris, scil. creatam; patet ex hoc, quod immediatè præmittit S. D. intelligentia non dat esse, nisi prout est in ea virtus divina; sic ergo Deus est causa omnis actionis, prout quodlibet agens est instrumentum divina virtutis operantis. Ut ergo virtus instrumenti mediat inter causam per se agentem, & actionem instrumentalem, v. g. virtus artis (quæ est motus instrumento ab artifice impressus, participans quoquo modo virtu-te principalem artificis; ac physice causans unà cum illa actionem instru-mentalem teste S. D.) mediat inter acumen securis, & inter scissionem artifi-cis, per quam virtutem seu motum virtuosum, acumen conjugitur scissioni illi, quæque virtus statim cessat in instrumento, dum artifex cessat id movere ad

sie scindendum, ut idocet S. D. & ex dictis patet; ita à pari docet, sentiturque de virtute divina creata, ut per omnia ostensum est, & clarè patet ex resp. ad n. 15.

Num. 16. Per omnia consonat D. Angelico.

Num 17. Non distinguit inter operationem seu motum Dei solius causalem, sup. ad Num. 15. ex D. A. expressum, qui propriè motus est; & inter motum formalem ab appetitu elicitem, qui impropriè motus est. Unde omnino neganda est hæc Minor cum sua prob. pag. 42. at qui primus motus voluntatis à Deo impressus, est inclinatio voluntatis in bonum universale seu est appetitus finis ultimi quem imprimit voluntati &c. ut ex toto hoc opere evidens est; nec quidquam evincit, quod mox addit P. Exi. nam hoc ipso, quod talem virtutem volendi dederit, que proposito per intellectum fine ultimo non possit in alium actum quam appetitum illius boni exire, dicitur Deus tanquam primum movens, voluntatem inclinare in finem ultimum. Sanè aliter docet D. A. LL. sparsum in Finic. tertio. citatis; & specialiter 1. 2 q. 109. a. 1. O. Item contra genti. c. 89. lib. 3.

Conclu. 4. N. 18. Consonat S. Doctori: Explicatio tamen pag. 46. omnino diffonia est (uti ex dictis patet) Deus cum primum motu imprimat, in cuius virtute res per suas formas operentur, & in suos actus exeat, dicitur res omnes movere ad suas operationes, ergo illa primi motus virtus, est causa physica omnium aliarum operationum (virtus significat principium motus vel actionis. 1. 2. q. 26. a. 2. ad 1. & P. Exi. pag. 83. virtus prima intentionis, est in quolibet appetitu, quā actus appetitus causatur Item pag. 24. virtus primi moventis requiritur ad omnes effectus sequentes) ergo est quid permanentis, fixum ac firmum in natura & voluntate operantibus; non statim cessans, uti docet P. Exi. pag. 82. tamen si aliquo casu, appetitus ille defineret actualiter; tamen manet virtualiter seu virtus illius manet in omni electione; ergo non est virtus ut in fieri & moveri existens; hæc enim motus est, motus autem actu inexistens mobili requirit terminum actu; hunc autem non requirit virtus prima intentionis, stat enim integra sine alio voluntatis actu (teste P. Exi.) subsequente; N. 27. ergo constituit causam potentem operari, non in esse instrumenti divini (consequenter non est virtus productiva entis ut sic, nec ens incompletum, neque per consequens hic terminatur motus, applicatio, & determinatio Dei tanquam primo moventis, ut docet P. E. pag. 28. pulchra ad meum intentum pag. 46. reperio, sic enim habet P. Exi. illud dicitur movere quod imprimit motum, per quem virtus exeat in actum; sed Deus dicitur movere tam intellectum quam voluntatem ad primum utriusque actum; ergo utriusque imprimet motum, per quem exeat in primum actum: Min. patet ex S. D. 1. 2. q. 9. a. 6. ad 3. Deus movet voluntatem hominis sicut universalis

versalis motor ad universale objectum voluntatis quod est bonum, & sine hac universalis motione homo non potest aliquid velle. Patet etiam ex hoc quia; Deus intellectum & voluntatem existentes in potentia ad primos suos simpliciter actus, reducit ad hos actus; ergo utramque virtutem movet ad hos actus, & per hunc motum, intellectus (idem est de voluntate respectu sui motus, quo movetur à Deo ad primam volitionem) exit in primum actum; ergo motus ille est prior non tempore; sed naturâ & causalitate tantum quā sit actus: quod tempore non sit prior, Doctè probat P. Exi. pag. mihi 69. lin. 4. eo instanti, quo Deus educit voluntatem de potentia eligendi (volendi beatitudinem ut sic, seu universale objectum voluntatis ut loquitur D. A.) ad electionem (ad pri-
 main simpliciter volitionē) ipsa electio (prima volitio) fit & existit; quia eductio potentia ad actum non potest esse sine actu; tum quia alioqui voluntas maneret in potentia. Quod vero prior sit causalitate physicā, patet ex S. D. jam cit. sine hac universalis motione homo non potest aliquid velle; ergo motio illa dat posse: posse autem prius est saltem physicā causalitate quam agere. Unde libens fateor, quod capere non possim hæc duo: scil. quod Deus ad primum amorem, voluntatem activè moveat, applicet, &c. uti docet P. Exi. pag. 27. nec tamen illum voluntati motum physicum imprimit, per quem voluntas exeat in primum amoris actum, uti similiter docet pag. 42. hæc etenim duo, mihi prorsus ex doctrina Patris Exi. videntur contradic̄toria; idque vel maximè; quia Deus plus movet ad primum actum, quam ad sequentes; ad hos namque se movet voluntas; non ad illum. Unde vera mihi non videtur doctrina Patris Exi. quia sic primum voluntatis actus, consequenter & primus intellectus, uno tantum modo causatur physicā à Deo; sive uno tantum modo dependeret à Deo, in quantum scil. ab eo habet perfectionem, sive formam, aut virtutem talcm (Deus anima rationali, quam creat, imprimet vim volendi, qua dicitur voluntas; voluntas autem & est aliqua natura, & forma & virtus P. Exi. pag. 23.) quod planè negat D. A. l. 2. l. c. ubi: actio intellectus, & cujuscunq; entis creati, dependet à Deo (scil. physicè efficienter, uti hic patet ex S. D. & de pot. q. 3. a. 7. O. ubi quatuor modos tradit, quibus Deus causa physica efficiens est cuiuslibet actionis, uti clare patet ex Funic. 3. vers. si diccas, quod natura &c.) quantum ad duo: uno modo, in quantum ab ipso habet perfectionem, sive formam - per quam agit (ecce sententiam Patris Exi.) sed ecce aliam causalitatem physicam ex mente D. A. alio modo, in quantum ab ipso movetur ad agendum. Item l. c. ad motum (usus ... quilibet quendam motum importat, largè accipiendo motum, secundum quod intelligere & velle motus quidam esse dicuntur l. c.) non solum requiritur ipsa forma, que

qua est principium motus vel actionis; sed etiam requiritur motio primi moventis; scil. illa, qua ex D. A. ostensa est in Resp. ad N. 15. sicutque voluntio ea dependet à Deo, quantum ad duo; uti ubique clamat D. A. & constat ex Funic. 3. ergo Deum moveare efficienter voluntatem, uti docet P. Exi pag. 42. concl. 4. activè determinare, necessitare, applicare, uti loquitur pag. 27. ad primum amorem; non est idem, quod Deum dare naturæ rationali talem virtutem volendi, qua proposito per intellectū sine ultimo, non possit in alium actum, quam appetitū finis ult. exire; ati docet P. E. pag. 42. sed insuper omnes formalitates ad N. 15. recensitas, ceu hujus appetitū actualis veras physicas causas, cū physica hujus ab iis dependentia exigit; quod contra gentil. lib. 3. c 89 ad 3. in terminis docet: *Deus non solum dat rebus virtutem, sed etiam nullares potest propriā virtute agere, nisi agat in virtute ipsius* (qua est operatio Dei solius in re operante transiens, incompleta &c.) ergo homo non potest virtute voluntatis sibi data uti, nisi in quantum agit in virtute Dei; illud autem, in cuius virtute agens agit, est causa... actus. Ergo primus voluntatis actus causatur & à voluntate, & à virtute Dei, qua est ut in fieri existens & moveri, seu est actus imperfectus Dei solius moventis, voluntati mota ad primum amorem inexistentis, teste S. D. usus... quilibet quendam motum importat, large accipiendo motum; secundum quod intelligere & velle, motus quidam esse dicuntur 1. 2. q. 109. a. 1. O ergo primus actus est usus. Inò Deus non dicitur propriè moveare, quatenus talem, vel talem virtutem habitualē & permanentem causat, uti clarè ostensum est in Funic. 3. quod & docet P. Exi. 46. illud... dicitur influere, quod vel per suam formam, seu principium intrinsecum efficit actum; vel agenti virtutem efficiendi dedit, eamque in esse conservat; illud autem dicitur moveare, quod imprimat motum, per quem virtus exeat in actum; cum itaque Deus rebus omnibus det virtutem: per quam operentur, eamque conservet in esse, dicitur in omnem operationem influere, & cum primam motum imprimat, in cuius virtute res per suas formas operentur, & in suos actus exeat, dicitur res omnes moveare ad suas operationes. Ex his clarè sequitur, quod P. Exi. sentiat, quod Deus non moveat activè voluntatem & intellectum ad primos actus (sed solum ad sequentes) quodque solum influat in eos; quod profus aberrat à D. A. ut ergo Deus moveat, debet eis imprimere motum, per quem exeat in primum actum, quicque sit causa primi actus ex D. A. jam cit. hinc est quod dicitur Prov. 21. cor Regis in manu Domini, & quocunque voluerit, inclinabit illud; & Phil. 2. Deus est, qui operatur in nobis & velle; contra genti. lib. 3. c. 88. in fine. pergit S. D. C. seq. quidam verò non intelligentes, qu. lier motum voluntatis Deus in nobis causare possit, absque prejudicio libertatis voluntatis,

conati

conatis sunt has authoritates M A L E exponere, ut scil. dicerent, quod Deus causat in nobis velle ... in quantum dat nobis virtutem volendi. (NB. sententiam reprobatam Patris Exi. quod ad primum actum; NB. rursus sententiam svaristarum reprobatam quo ad omnes actus. necliquidquam juvat eos recursus ad concursum simultaneum; per hunc enim Deus non est nobis causa volendi S. D. i. p. q. 36. a. 3. O.) non autem sic, quod faciat nos velle hoc vel illud; ergo Deum nos facere velle hoc vel illud, non est idem, quod Deum dare nobis talen virtutem volendi; aut etiam simultanee insuper concurrere; ergo est nova physica actio; quod etiam videtur docere P. Exi. pag. 53. cum voluntas nihil possit velle nisi incipiatur ab appetitu finis ultimi, solus autem Deus voluntatem ad illum actum moveat, & applicet, voluntas non potest in illum suum actum exire, nisi Deus illam PRIUS ad volendum ult finem moveat & applicet; scil. activè, uti docet pag. 27. hic rursus fateor, videri mihi contradictoria; maximè cum P. Exi. pag. 56. sic discurrat: atqui Deus, qui est primum agens, voluntati, qua est secundum agens, imprimis appetitum finis ultimi, tanquam primum motum; ergo nihil PRIUS imprimis voluntati ad istum motum, ex mente P. Exi. sed quantum aberret à mente Doctoris A. patet, de pot. q. 3 a. 7. ad 1. ubi sic arguit S. D. natura neque deficit in necessariis, neque abundat in superfluis; sed ad actionem naturalem sufficit virtus activa ex parte agentis, & passiva ex parte recipientis, ergo non requiritur virtus divina in rebus operativis. Et Respondet S. D. ad primum dicendum, quod virtus activa & passiva rei naturalis, sufficiunt ad agendum in ordine suo; requiritur tamen virtus divina, ratione jam dicta. scil. virtus increata ut conferens & conservans virtutem; & virtus creata in genere entis incompleta, instrumentalis &c ut movens & applicans virtutem stabilem v.g. voluntatem ad operandum, ac in esse instrumenti divini formaliter constituens, ut satis ex D. A. l.c. est ostensum, uti & ex I. p. q. 105. a. 5. in dō in terminis contradicit Sanctus D. Patri Exi. sic enim de pot. l.c. ad 5. arguendo concludit: ergo ex hoc ipso, quod virtutes naturales rebus indidit (v.g. animarationalis vim volendi, uti docet P. E. pag. 23. seu talen virtutem volendi &c. utiloquitur pag. 42.) dedit eis, quod operationes naturales perficerent; non ergo oportet, quod ultius in rebus naturalib⁹ operetur; ecce objectionē Sancti D. quam ad s. reprobat; P. autē Exi. approbat saltem quo ad primum actum, uti clare patet ex pag. 42. Paulō supra cit. vers. nam hoc ipso, quod talen virtutem &c. ut verò mens D. A. clarè patescat; addo id quod Sanctus D. ex mente aliorum replicat; sic enim immediate subdit: sed dicebat scil. adversarius quod virtutes naturales non possent durare, sicut nec alia entia, nisi virtute divinā continerentur. argum 6. sed contra; non est idem operari

ad rem, & operari in re; sed operatio Dei, qua virtutem naturalem vel facit, vel in esse conservat, est operatio ad illam virtutem constituendam, vel conservandam; non ergo propter hoc potest dici, quod Deus in virtute naturali operante operetur. Respondet S. D. ad 5. dicendum: quod de ratione virtutis inferioris est, quod sit aliquo modo operationis principium in suo ordine, id est, ut agat ut instrumentum superioris virtutis, unde exclusa superiori virtute, inferior virtus operationem non habet. ad 6. dicendum, quod Deus non solum est causa operationis nature, ut conservans virtutem naturalem in eis, sed alii modis, ut dictum est, scil. O. & supra formalia citavi in Funic. 3. vers. etiam præterea in reductione &c. ergo ut operetur natura quamcunque operationem, debet Deus non solum ad illam naturam operari; sed in illa; quæ Dei solius operatio est motio physica prævia terminata physicè per causalitatem quamlibet cuiusvis causa secundæ & recipitur in ipsa causa agente &c. uti supra dixi in resp. ad n. 15 quod clarè evincit argum. 8. sic enim arguit S. D. l. c. posita causa ex necessitate natura agente, sequitur ejus actio. nisi per accidens impediatur, eo quod natura est determinata ad unum; si ergo calor ignis agit ex necessitate natura, ergo posito calore sequitur calefactio, nec requiritur aliqua virtus superior agens IN IPSO. Respondet S. D. ad 8. dicendum, quod necessitas natura, per quam calor agit, constituitur ex ordine omnium causarum præcedentium (quæ sunt Deus, & corpus celestel. c. O.) unde non excluditur virtus causa prime. Ergo Deus operatur in calore ignis, dum calefacit; & hæc Dei solius operatio in calore ignis actu calefacentis, est motus, & virtus incompleta causa primæ, sine qua non sequeretur calefactio, estque vera physica calefactionis causa, constituens calorem in esse instrumenti divini, ac simul movens ad agendum, uti patet ex S. D. ergo mediat inter calorem ignis & ipsam calefactionem, & illum huic conjungit, uti patet ex S. D. ex quo solvitur, quod urget P. Exi. pag. 70. & seq. eadem actio est ejus, quod agitur, & movetur, & ejus quod agit & moveit; verum enim est de actione simultanea; secus præviæ; solutio est Sancti D. l. c. ad 3. vel dico; verum esse de actione in esse entis completa, secus incompletam, patet ex S. D. patet item in instrumento; motus enim ab artifice ei intrinsecè impressus, est actus imperfecti, virtus incompleta in esse entis, teste S. D. per quam instrumentum agit simul cum artifice; ergo hæc actio simultanea realiter est distincta ab ista, utpote physicâ hujus causâ, PER designat, causam actus teste S. D.

Argum. pag 49. & 50. uti & N. 19. consonant D. Angelico; glossa autem pag 53. super textum l. 2. q. 109. a 1. omnino à vero, mente, & sensu Doctoris A. aberrat, ut fuse ostensum est.

Num. 20. Continet mentem S. Doctoris.

Ad Num. 21. Respondeo requiri præter motum impropriè talem appetitus finis ultimi novum realiter motum Dei distinctum propriè talem, ad quemlibet actum voluntatis, immò ad eujuslibet causæ, quamlibet actionem. Totum patet ex dictis D. Thomæ; unde caute dicit S. D. 1.2. q. 9. a. 4. ad 3. voluntas QUANTUM AD ALIQUID sufficienter se moveret in suo ordine, scil. sicut agens proximum.

Num. 22. cum N. 23. & 24. consonant S. Doctori.

Num 25. Omnipotè diffonat, uti in toto hoc opere ostensum est. Ferrarensis frustra adducitur, non enim loquitur, vel saltē loqui non debet de motione Dei solius ad quamquælibet, causa secunda actu agens se habet tantum passivè; sed de motione, quæ est effectivè ab ipsa causa secunda.

Num. 26. Est S. Doctoris cum N. 27. & 28. Explicatio verò Patris Dicastillo quæ habetur pag. 83. aberrat à mente D. Ang. ut ostensum est; cui mihi videtur subscribere P. Exi. pag. III. lin. 16. vers. deinde &c. quod autem addit P. Exi. pag 83. colores sunt in aere virtute, id est per se species, quæ est virtus coloris &c. verum non est, si intelligat speciem formaliter talem, patet ex S. D. de ver. q. 27. a. 4. ad 4. illa quæ movent, prout sunt in ipso moveri, movent per virtutem incompletam (ratio Sancti D. est l. c. motus est actus imperfectus) & huiusmodi virtus est in aere ad movendum visum, secundum quod immutatur à colore parietis, ut in fieri non autem ut in facto esse; unde species coloris sunt in aere per modum intentionis, & non per modum entis completi, sicut sunt in pariete; ergo species coloris non sunt formaliter in aere, sed intentio coloris, seu virtus intentionalis, quæ est virtus in aere ut in fieri existens & moveri, producta à colore parietis ceu formâ perfectâ, patet ex S. D. l. c. quæ virtus est causa aliqualis specierum in oculo teste S. D. & ipsius visionis.

Num. 29. Conformis est doctrinæ D. Tho.

Ad N. 30. Resp. verum esse de anterioritate realis instantis non causalitatis, ut ex D. A. fuit ostensum: ubi & omnia soluta manent, quæ in contrarium huic operi meo usque ad Num. 31. exclusivè afferuntur. Ubi vehementer placet pag. 88 & 89. sequens argument. voluntas est causa ex se contingens respectu electionum, ergo ad eas debet determinari ab aliquo exteriori (causa quæ est ex se contingens, oportet quod ab aliquo exteriori determinetur ad effectum D. A. p. I. q. 19. a. 3. ad 5.) atquin non ab alio quam Deo; quia nullum exteriorius potest agere in voluntatem præter Deum; ergo ut habeat effectum, debet determinari à Deo non quidem ex necessitate sed libere. Ita cum Adversariis sibi objicit ac arguit P. Exi. ad quod sic Respondet

spondet: *S. Tho.* negat voluntatem esse causam ex se contingentem; sed dicit esse necessariam; quamvis habeat habitudinem non necessariam ad aliqua. Ita *P. Exi.* vult id probare ex *S. D. l. c. O.* voluntas divina necessariam habitudinem habet ad bonitatem suam quae est proprium ejus objectū: unde bonitatem suā Deus ex necessitate vult & voluntas nostra, in quantum scil. natura est; de ver. ex necessitate vult beatitudinem *S. D.* scil. necessitate specificationis solius, non exercitii; ut docet *P. Exi.* pag. 38. ex *D. A. I. 2. q. 10. a. 2. O.* ergo *P. Exi.* negat voluntatem creatam esse causam ex se contingentem sed asserit esse necessariam, consequenter negat esse causam ex se contingentem, etiam respectu electionum (fatetur tamen ex *S. D.* quod habeat habitudinem non necessariam ad aliqua, vi cuius tamen habitudinis, non sit causa ex se contingens) alias enim determinari deberet ab exteriori ad hos effectus, quia foret causa ex se contingens: & hoc ideo negat; quia *S. D. ait. l. c.* quod voluntas divina, uti & nostra necessariam habent habitudinem ad proprium & principale objectum, (cum habitudine non necessaria ad aliqua) consequenter voluntas nostra ex necessitate vult beatitudinem: sed si sic licet argumentari, jam nulla amplius dabitur causa ex se contingens; cuius contrarium tamen expressè asserit *S. D. l. c. ad 5.* sicut in re inanimata (idem est de animata, v. g. arbore) se habet inclinatio naturalis ad proprium finem, qua appetitus dicitur naturalis; ita se habet in substantia intellectuali voluntas, qua dicitur appetitus intellectualis. Contra genti. lib. 3 c 88. cum ergo hæc non sit magis necessaria quod ad specificationem, quam illa; si in hac destruatur ratio causa ex se contingens ob solam habitudinem necessariam prefatam, destruetur & in altera, patet insuper ex hoc; quia nulla est causa dabilis qua non habeat necessariam habitudinem (necessitate saltem specificationis) ad suam operationem & effectum: causa (enim) est id ex cuius esse consequitur aliud. Oppus 31. a. 1. hoc nomen causa videtur importare diversitatem substantia & dependentiam alicujus ab altero. I. p. q. 33. a. 1. O. ergo causa ut sic dicit habitudinem necessariam, necessitate specificationis, uti patet ex *S. D.* etiam cum habitudine non necessaria ad aliqua, si scil. non sit causa necessaria; hæc enim immutabiliter ordinatur ad rei productionem ait *P. E.* pag. 145. ex *S. D.* & pag 164. ex hoc aliquid dicitur necessarium, quod est immutabiliter determinatum ad unum ex *S. D.* ergo nulla dabatur amplius causa ex se contingens, quia omnis causa (excepta necessaria) dicit habitudinem necessariam ad proprium suum & principale actum v. g. virtus pulchritudinis ad pullationem ut sic & gemmas ut sic, (uti voluntas ad volitionem ut sic; & beatitudinem ut sic) cum habitudine non necessaria ad aliqua, id est ad quamlibet pullationem & quaslibet gemmas in particulari, uti & tali v. g. die fendas; quia hæc deficere possunt; quin & ipse *P. Exi.* pag. 23. sic docet: *omnis natura*

natura; forma & potentia (ergo omnis causa) est alicuius motus principium; ergo dicit habitudinem necessariam necessitate specificationis faltem ad aliquem motum, uti patet ex S. D. i. p. q. 19. a. 3 O. primus autem motus est inclinatio ad suum objectum tanquam fibi bonum; ergo inclinatio ea necessaria est, faltem quod ad specificationem; vel ergo P. Exi. negare debet dari causam ex se contingenter; vel admittere debet; quod praedicta habitudo necessaria compatiatur eandem, si dicat habitudinem non necessariam ad aliqua. Confirm. ideo voluntas nostra habet necessariam habitudinem ad beatitudinem & ex necessitate vult illam (consequenter causa ex se contingens non est ait P. Exi.) quia de ratione est ut in beatitudinem tendat, sed de ratione causa ut sic est tendere in aliud, tendere in aliquid dependens à causa, ergo de ratione causa ut sic erit, quod non sit contingens ex se. Min. patet ex S. D. quia hoc est de essentia causa pro ut distinguitur à principio LL. cc, Maj. est S. D. voluntas nostra ex necessitate vult beatitudinem (propter necessariam habitudinem ad illam, ut patet ex S. D. l. c.) sicut etiā qualibet alia potentia necessariam habitudinem habet ad proprium & principale objectum, ut visus ad colorem: *QVIA DE SUA RATIONE EST UT IN ILLUD TENDAT.* Addo; quod ante primum simpliciter actum voluntatis, hæc dicat habitudinem necessariam ad suum principale objectum, uti & ad volitionem ut sic; cum habitudine non necessaria ad idem, uti & volitionem quo ad exercitium teste P. Exi. ex S. D. unde (ut infert S. D. l. c. O.) illam ex necessitate vult, necessitate scilicet solius specificationis: & tamen candidè fatetur P. Exi. pag. mili 42. N. 18. Conc. 4. ad primum appetitum finis ultimi solus Deus efficienter moveat seu applicat voluntatem. Iten paq. 27. Deus tanquam primum agens voluntatem activè moveat, applicat, *DETERMINAT, NECESSET AT* ut potius exeat in actum, quam non exeat dum finis ultimus voluntati ab intellectu proponitur; Ergo vi necessaria habitudinis voluntatis ad beatitudinem, vi volitionis necessaria erga beatitudinem; cum habitudine non necessaria ad aliqua; non impeditur, quin oporteat eam ab exteriori (Deo) ad unum determinari; nec definit voluntas esse causa ex se contingens, tam respectu primi appetitus, quam etiam boni particularis & electionis ejusdem, quod hinc ulterius patet: causa quæ se habet ad opposita est causa contingens, sed voluntas est causa electionum suarum, & ex se habet se ad oppositas electiones, ergo Maj. est S. D. i. p. q. 14. a. 13. O. *causa contingens se habet ad opposita*, per hoc enim differt à causa necessaria. Min. patet; ex hoc voluntas libere potest ad diversi ferri. quia ratio potest habere diversas conceptiones boni i. 2. q. 17. a. 1. ad 2. voluntas autem ex se & natura sua sequitur ductum seu conceptionem intellectus.

Item ad Hann. i. dist. 38. ad tò: deinde quæritur &c. a. i. O. *causa contingentium non habet ordinem immutabilem ad suum effectum, sed voluntas est causa, nec ex se habet ordinem immutabilem ad electiones suas, ergo ex se contingentium causa est, ergo ex se contingens.* Quod autem divina voluntas sit etiam ex se causa contingens, probatur i. p. q. 19. a. 10. O. & ad 2. *Deus . . . ad opposita se haber, in quantum velle potest hoc esse, vel non esse; omne autem, quod ex se est liberum; est & ex se contingens (licet non est converso) contingentia saltem per modum purissima actualitatis quæ omnem quidem potentialitatem, non tamen liberam determinationem causæ excludit.* Imò l. c. a. 3. ex argum. 4. ejusque solutione, clare patet ex S. D. voluntatem divinam esse causam ex se contingentem; sic enim concludit argum. 4. ergo voluntas divina est contingens ad utrumlibet. Respondet S. D. *quod Deus non ex necessitate velit aliquid eorum, quæ vult, non accidit ex defectu voluntatis divine; sed ex defectu, qui competit volito secundum suam rationem; quia scil. est tale, ut sine eo esse possit perfecta bonitas Dei, qui quidem defluit sequitur omne bonum creatum.* Sic ergo S. D. informa Respondet: ergo voluntas divina est ad utrumlibet contingens, contingentia è accidente ex parte voluntatis divina Negat; ex parte voliti omnis creati; Conc. Si dicas, ergo voluntas divina ex mente S. D. non est ex se contingens; quia ea contingentia provenit ex parte voliti. &c. N. ass. & replica; ergo voluntas divina non est ex se necessaria respectu bonitatis propriæ (quod tamen docet D. A. l. c. O.) quia necessitas ea accidit, seu oritur ex parte propria & principalis voliti. Item, ergo voluntas nostra non est ex se necessaria respectu beatitudinis, & volitionis ejus ob candem rationem; oritur enim ex parte ipsius beatitudinis, seu propria & principalis voliti, ut ait S. D. l. c. O. sanè patet, quod omnis contingentia, vel necessitas potentiaz, vel causæ proveniat ex parte ejus. quod respicit, ergo per eum respectum non destruitur ratio necessitatis vel contingentiaz in causa, sed formaliter ponitur; alias nulla daretur causa ex se contingens; quia contingentia ea accidit ex parte effectus contingentis. Ex his patet, quām justè contra Patrem Exi. pag. 88. 89. & 90. Item pag. 143. textum hunc Sancti D. i. p. q. 19. a. 3. ad 5. *causa qua est ex se contingens (qua habet se ad utrumlibet. seu qua habet se ad opposita, uti loquitur D. A. LL. cc.) oportet quod determinatur ab exteriori ad effectum; explicaverim de causa ex se contingentente per ordinem ad esse, id est de omni & sola causa secunda; quia calor ignis qui est causa necessaria (idem est de aliis omnibus necessariis, contingentibus & liberis causis) debet à Deo physicè præmoveri applicari determinari ut exeat in actum, uti patet ex jam allatis ex S. D. ipse verò Deus O. M. sic determinatio non debet, nec potest; licet causa sit*

ex se maximè contingens respectu omnis creaturæ ; quia necessarius est per ordinem ad esse ; sicutque ens à se , & primum ; consequenter determinans se ipsum , & determinans primum.

Ad Num. 31. Resp. conformiter N. 15. distinguendo duplum motum, duplum determinationem & applicationem utilique in toto hoc opere.

Ad Num 32. Respondeo esse evidenter ex D. A. in toto hoc opere refutatum usque ad N. 38. exclusive ; probationes , quas adducit Pater Exi. nihil probant ; ut enimaliquid probarent , supponere debet Exi. P. quod artifex sit agens fortissimum ; sicutque ejus virtus activa excedat virtutem mobilis ; (uti virtus Dei excedit omne mobile) quo supposito manifestè sequitur ; etiam durissimam incudem, motu artificis irissimam & scissimam : videatur D.A. de ver. q. 23. a. 4. ad 15.

Unum non capio quod urget P. Exi. pag. 109. ubi : neque in sui productione (voluntas) accipit virtutem stabilem productivam rationis entis ; sed solum vir- tuem productivam rationis actus uti volitionis & nolitionis , que virtus in voluntate firma & stabilis manet . Quid ergo ? anne ideopræcisè secundum S. D. virtus stabilis non est ? ergo nec scientia acquisita , nec species impressa , nec virtutes acquisita , immò nec charitas patriæ &c. dici poterunt virtutes stabiles secundum S. D. (quod absit longissime testibus omnibus Adversariis) quia in sui producione nulla creatura hac omnia accipit , immò nec acumen per artē securi datum , sic erit virtus stabilis (quod tamen expressè docet S. Doct. de pot. q. 3 a. 7. ad 7.) neq; enim in sui productione hoc accipit ; producitur enim à fabro ; accipit vero acumen ab acuente & cote ; consequenter sive faber sit , sive quicunque alius a- cuens , ideo ergo D. A. negat eam stabilem virtutem , stabilem motum , stabilem operationem divinā in natura & voluntate actu operantibus ; quia est motus propriè , actio , virtus secundum S.D. prout in fieri existens & moveri , quæ sta- tim cessat cum ipsa operatione causa secunda ; necesse est enim perire motum & desinere , dum perit & desinit terminus ejus , causalitas autem causæ secundæ ter- minat causalitatem causæ primæ &c. quod de virtute primæ intentionis negat P. Exi. in suo libello sup. cit. ex D. A. 1. 2. q. 1. a. 6. ad 3. immò in Angelis verum non habet , quod urget P. Exi. in primo enim creationis & productionis instanti imperfectè meruerunt , ut ait D. A. 1. p. q. 63. a. 5. ad 3. & 4. & a. seq. in O. in pri- mo instanti sua creationis (Angelus) in actum liberi arb. prorupit & cum gratia fuit creatus , ut sup. diximus (scil. q. 62. a. 3. O.) & a. 2. ad 4. omnes in gratia crea- ti , in primo instanti meruerunt . Consequenter virtutem illam in primo instanti receperunt , ut fateri debet P. Ex. pag. 29. habito ... motu ad finem ultimum tanquam proprio Dei , tanquam primi moventis , in quo virtus Dei activa remanet &c. Idem habet P. Exi pag. 35. lin. 1. ad ly in quo amore &c.

Ad practicas deductiones seu Argumenta à N. 38. usque ad finem libelli, supervacaneum est Respondere : cum teste R. & Exi. libelli auctore pag 113. nil aliud contineant quam fundamenta, vel jam negata, vel concessa, vel distincta: proin Responsio obvia erit & facilis, cui funiculus tertius erit perspicuus & intelligibilis.

Tandem ad vos convertor P. Vener. Joan. le Grand S. J. ex facie mihi quidem ignote ex scriptis non satis modeste; ne tamen malleū malleorepellere videar hoc unum dico; judicet Deus & D. A. inter me & Rev. P. V. prederminatio physica inquit Doctissima P. V. (impressa vestra habeo Luxemb. edita 1708. die 8. Februarij horaz. pom. defensa) *nobis omnino superfua (transeat) Dei: sanitati injuria* peto à maximo Doctoris A. & meo censore; cum D. A. magistro meo, errativenia) *humana libertatis eversea* (malo errare quam Vestra R. cum humilio D. Tho. adeò temerè judicare. 2. 2. q. 60. a. 4. rogo, ibi legat, ut charitas nostra mutua magis abundet (*S. Thomae incognita aut contraria*) exhibeat dilecta P. V. in hisce exiguis & minimis meis scriptis, contra Adm̄ Rev., Exi. hinc que merito miki gratissimum, quia humiliissimum, modestissimum Laureatum Doctorem Trevericum, ex amore purissimo veritatis & fraternitatis à me impressis refutandis, tantam in intelligentia D. Thomæ scientiā; quantam exhibit (sit venia verbo, justus extorquet dolor) audaciam, & credimus omnes. In scripturis, PP. aut Conciliis & presertim Tridentino minime fundata videtur. Ignoscat P. V. conscientiam vestram testor, verè non legit, si enim omnia hæc legisset ad quæ provocat, sanè modestius, religiosius, humilius, & ut summa sedis, omnem mordacitatem in virtute S. obedientiæ prohibentis filius obsequens scripsisset; nisi forsitan illud Cassiodori dilecta P. V. verificare voluerit: ad injurias, prosiliunt, dum se turpiter superatos erubescunt; utque doctissima P. V. brevi compendio habeat, unde rigorem suæ censuræ deinceps mitigare valeat; aut ne Thomistas per leve ac inane somnium prædeterminationem accepisse putet, nec eos, ut stolidos, suiq; capitis nomine traducat; subiecto discursum seq. cx D. A. Simpliciter concedendum est. *Deum operari in natura & voluntate operantibus;* sed Deum sic operari, non est Deum conferre, & conservare virtutem activam; *nec est Deum simultaneè concurrere cum virtute activa producta & conservata;* nec est Deum imprimere virtutem primæ intentionis, in vi ejus exeat in actus sequentes virtus activa; nec sunt illatria simul sumpta; nec potest esse aliud quid quam operatio Dei solius physica physice prævia ad omnem actionem seu causalitatem omnis causa secundæ; ergo talis operatio datur; ergo datur physica prædet quia ea operatio prior naturæ & causalitate est, quam ulla omnino operatio

ratio (consequenter illa determinatio scil. actualis) cuiuslibet causa secunda.
 Maj. est Sancti D. de pot. q. 3. a. 7. O. imò fidei est. Isa. 26. *Omnia enim opera nostra operatus es in nobis & Phil. 2. Deus est, qui operatur in nobis & velle & perseverare pro bona voluntate.* Videatur singulariter D. A. contra genti. lib. 3. c. 89. super hos textus glossans Mi. quò ad i. p. patet ex S. D. l. c. vers. tertio modo dicitur unares esse causa actionis alterius &c. vide formalia in Funic. 3. p. 15. & 16. patet etiam ex hoc; quia non est idem operari ad rem conservandam & operari in re, teste S. D. Item i. p. q. 105. a. 5. O. & specialiter in arg. 3. ejusque resp. ubi per omnia conformiter docet; modò bene ac rite examinetur. Secunda pars etiam patet ex S. D. Deum enim operari in natura & voluntate operantibus, est Deum per suam operationē seu virtutem sub ratione motū in natura & voluntate operantibus transeunter ac incompletè receptam, & existentem, dici & esse causam physicam cuiuslibet actionis causa secundæ; sed per concursum simul. non dicitur causa &c. Maj. abunde ostensa est ex D. A. in Funic. 3 & in Resp. ad n. 15. patet item i. p. q. 105. a. 5. O. vers. secundò considerandum est &c. Mi. liquet; per operationem enim suam, non dicitur aliquid causa ejusdem operationis; in omnibus locutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquem operari, praepositio P E R designat in causalī aliquam causam seu principium illius actū. ... quandoque illud causale, cui adjungitur hec praepositio PER, est causa actionis, secundum quod exit ab agente; & tunc est causa agenti, quod agat. i. p. q. 36. a. 3. O. sic autem Deus est causa operationis omnis creatæ per operationem suam; quia causa secunda non agunt, nisi in virtute prima cause (quæ virtus est solius Dei operatio, in natura actu duntaxat agente existens sub ratione motū, ut ostensum est) ... agere cuiuslibet ipsorum à Deo causatur. Opus 3. e. 130. patet etiam Mi. præfata ex hoc; quia concursus simul. non est in qualibet re operante teste S. D. tertia pars patet similiter; tum quia illa virtus primæ intentionis est solum in cognoscitivis, Deus autem operatur in omni natura operante, & per hanc operationem suam dicitur causa physica cuiuslibet actionis, uti ex D. A. ostensum est; tum etiam, quia in ipsis cognoscitivis, Deus non potest dici causa primæ cognitionis & appetitionis per eam virtutē; alias esset causalitate physicā prior primis actibus, hique ejus physicus effectus, terminatus per illam. quod bene negat P. Exi. contrarium enim verum est, uti ostensum est; imò contrarium Patri Exi. clarè docet D. A. i. p. q. 105. a. 5. O. vers. secundò considerandum est &c. Item in arg. 3. ejusque Resp. si bene ruminentur similiter de pot. l. c. O. uti ex ante dictis patet. Quarta pars etiam patet; quia tria simul sumpta, nil aliud sunt, quam collatio virtutis & conservatio; virtus primæ intentionis;

& concursus simult. adde etiam divinam omnipotentiam, omnibus paratam, cum decreto concurrendi; sed his simul sumptis, non convenient ea omnia que D. A. attribuit operationi Dei, quâ operatur in natura & voluntate operantibus; atque patet legenti resp. supra, ad n. 15. ergo datur præfata physica Dei solius operatio &c. supra in resp. ad n. 15. ex D. A. expressa, ergo & physica prædeterminatio; quod vero essentialiter connectatur ipsi operationi, suprà probatum est pag. 28. & hinc patet, quia per Dei potentiam absolutam, alterum sine altero salvâ eorum essentiâ esse nequit, uti specialiter liquet ex Resp. ad n. 15. quóque voluntas illius divina operationis, quò ad suam entitatem precissè spectatâ, non sit Domina, ex dictis constat; est enim operatio solius Dei agentis fortissimi, excedentis in infinitum virtutem omnem resistivam omnis mobilis; quæ operatio seu virtus divina ob suam efficaciam deficere non potest teste S. D. non tam libertatem tollit sed fovet; quia virtus causæ primæ recipitur in causa secunda actu agente movendo illam proportionabiliter juxta modum suæ naturæ, teste eodem A. D. uti omnia pleniùs ex dictis constat. nec in hilo obstat libertati, suppositâ essentiali connexione, quod habet S. D. cont. gent. 2. c. 30. n. 4. quod ex ratione principiorum essentialium rei competit; absolutam necessitatem in omnibus necesse est habere. necessitas absoluta sola contingentiam excludit l. c. lib. 1. c. 86. n. 4. quæ verba quendam doctorem Exi. moverunt, ut contingentem connexionem astruat, ut libertatem ex D. A. defendat; nil inquam obstat; alium enim libertatis conciliandæ modum facilem tradidit passim D. A. bene intellectus ac maturè discussus.

Quisquis igitur hanc minimam meam operam (id est funiculum, non unū. Sed triplicem; ruptu ut reor difficilem, cui ut cursus reor, totus favet S. Tho. cum S. August. favet Trident. & omnis scriptura sacra) putaverit esse nullam & erronam, amanter ex solo & unico, purissimo D. A. errantem me corrigat, & discipulum sequacem reperiet, dummodo textibus ex S. Tho. de plano & ut jacent fideliter adductis errorem evidenter demonstraverit. Dixi, ex solo & unicō &c. tum quia totam hanc controversiam decidendā, ad tribunal Doctoris Ang. evocavit R. & E. P. in libello suo; tum quia nec D. A. in hac operosissima materia sine S. Aug. nec S. Aug. ac D. A. sine SS. Conciliis & scripturis; quorum omnium testimoniis (si necesse fuerit) abunde funiculum nostrum tertiu stabilire, ex purissimo veritatis & fraternitatis amore, ad majorem Dei solius gloriam, sancte pollicemur.

Hæc est profunda D. A. sapientia, hæc quantum huc usque capere potui mens mihi semper visa fuit genuina;

Proposui pro luce habere illam ... quam sine fictione didici, & sine invidia communico. Sap. 7. ex Epist. Missæ, D. A. propria.

Omnia ad Dei, omnia moventis, & Doctoris A. motionem Dei per physicam prædeterminationem angelicè explicantis Majorem gloriam & exaltationem.

Omissa Typographi pag. 7. post lin. 2.

Intolerabiliter proin erat P. Martinez pag. mihi 227. citans A. Doctorem q. 2. de ver. a. 3. ad 5. *Dens ergo se ipsum tantum cognoscit in se ipso; alia vero in se ipsis cognoscit, sed cognoscendo suam essentiam:* sic enim habet S. Doct. alia vero *NON in se ipsis cognoscit &c.* sensus ergo S. D. hic evidenter est: Deus se ipsum tantum cognoscit scil. immediate in se ipso, quia non cadit medium inter Deum cognoscentem, & ipsum Deum cognitum; alia vero non in se ipsis cognoscit scil. immediate, sed cognoscendo suam essentiam, quæ proin in esse cogniti semper mediat inter cognoscentem Deum & creaturas cognitas; sicut mediana cognitione est: patet ex l. c. sic enim præmittit S. D. ad 5. dicendum, quod aliquid intelligitur dupliciter, uno modo in se ipso, quando scil. ex ipsa re intellecta ... formatur acies intuitus (ecce cognitione immediata, species enim visibilis non obest huic cognitioni teste S. D.) alio modo videtur aliquid in altero, quo cognito & illud cognoscitur; ecce cognitione mediata; & mox subdit verba jam cit. Deus ergo se ipsum &c. ergo cognitione respectu sui ipsius solius est immediata; quod patet l. c. ad 2. & ad 10. cum dicatur (scil. à S. Aug. in lib. 83. qq.) *Deus nihil extra se intuetur, intelligendum est, sicut in quo intuetur, illud enim in quo omnia intuetur, in ipso est.* quod autem docet P. Martinez pag. 237. potest res cognita immediate & per proprias species visa, simul per eandem cognitionem immediatam videri in alio, & per aliud, tanquam per causam; verum duntaxat est, si illud aliud immediatè in se ipso non videatur, habeatq; rationem puri principii respectu cognitionis, non autem objecti quod. patet ex S. D. l. c. in fupp. quod de divina essentiæ respectu divinæ cognitionis dici nequit, uti patet ex S. D. ex quo clare liquet mens D. A. r. p. q. 84 a. 5. O. in quo textu vanè gloriatur P. Mart. pag. 4c. cit. dicendum est (S. D.) quod aliquid in aliquo dicitur dupliciter cognosci; uno modo scire in objecto cognito; sicut aliquis videt in seculo ea, quorum imagines in seculo resultant ... alio modo dicitur aliquid cognosci in aliquo sicut in cognitionis principio; sicut: si dicam quod in sole videntur ea quæ videntur per solem. ubi

patet ex S. D. quod non loquatur de sole, ut viso immediate in se ipso, sed media-
te, scil. in suo lumine, quod est participata similitudo solis, uti patebit cuivis
textum bene discutienti; estque medium sub quo videtur in supp. l. c. quod non
tollit immediatam visionem i. p. q. 12. l. c. verissima itaque est explicatio a nobis
hic data; sicq; vera non est explicatio P Mart. pag. 236. Deus ... cognoscere iam
res creatas in se ipsis immediate; dicatur ergo: mediate tantum.

and from it my intermediate "Ginkgo" ⁱⁿ